




**Contenta in hocce libello. Eloquentiae encomium, autore  
Philippo Melanchthon. De primis apud rhetorem  
exercitationibus Præceptiones, autore Petro Mosel. Aphthonii  
Sophistae graeca progymnasmata. Eadem latina Joanne Maria  
Catanæo interprete. Libanii Sophistae graecæ declamationes  
tres. Eaadem latinae Erasmo Roterodamo interprete.**

<https://hdl.handle.net/1874/420899>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat


**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board













X. oct.  
175<sup>t</sup>.





X. 82 1751

CONTEN-  
TA IN HOCCE LIBELLO.

SO ELOQVENTIAE EN-  
COMIVM, AVTORE PHI-  
lippo Melanchthonie.

SO DE PRIMIS APVD  
RHETOREM EXERCITA-  
tionibus Praeceptiones, autore  
PETRO MOSEL.

SO APHTHONII SOPHI-  
STAE GRAECA PROGY-  
mnasmata.

SO EADEM LATINA IO-  
ANNE MARIA CATA-  
neo interprete.

SO LIBANII SOPHISTAE  
GRAEC AE DECLAMA-  
tiones tres.

SO EADEM LATINAЕ  
ERASMO ROTERODA-  
mo interprete.

COLONIAE, apud Ioannē Soterē.  
ANNO M D X X V.



SIMONI GRYNEO SVO,  
Philippus Melanchthon S. D.



Sucomperimus, eam esse optimarię  
rerum conditionem, ut uulgo ferē fa-  
stidiantur. Nam cum literis nihil ne-  
que melius, neq; pulchrius habeant  
humana, tamen uix paucos, diuino  
haud dubie beneficio nuper restitutę, admiratione sui  
cepere. Etenim q; Pindarus optimam rerum aquam, et  
pulcherrimam possessionem aurum esse cecinit, n;e ille  
nisi multititudinis auribus inserviasset, rebus omnibus lite-  
ras antetulisset. Neque enim quicquam est cuius uel usus  
latius patcat, uel dignitas harum amplitudinē supereret.  
At ea est uulgi amentia, ut non aliud perinde contēnat,  
atque elegantiorē literaturam: eamq; cum uiderem  
hoc potissimum tempore nostris sordere, breui decla-  
matione laudaui. Institueram equidem pro eo ac res mo-  
rebatur ἐπιλέξει copiosorem. Sed cum immorari non li-  
ceret, malui qualicunque oratione reuocare in uiam stu-  
diosos, q; causam literarum, ut græce dicam, Διορθοφειν,  
planeq; accidit, ut cum amphora, iuxta poëtam, institui-  
cepisset, currente rota urceus exierit. Verum quicquid  
hoc est operis, tibi mi Simon propter incredibile amo-  
rem tuū erga meliores disciplinas, dedicare uisum est,  
ut uel tuo exemplo nonnullos ad literarū studiū inuitē.  
Vale, Vitembergae.

# DE STV-

DIO ARTIVM DICENDI  
PHILIPPI MELAN.  
DECLAMATIO.



Vemadmodū Hesiodo dolct, <sup>πατέος</sup>:  
nescire mortales, quantum et à simili .  
malua & albucum afferre cō  
modi rebus humanis queant,  
tametsi uiles herbæ , ita nos  
quoque non nunc primum que  
rimur ignorare adulescentes,  
quantū momenti habeant ad solidā eruditioñē parā-  
dam dicēdi artes, quæ in specie nihil profitentur eius-  
modi, cui uulgas applaudat, cæterū utilitate facile res  
humanas omnes uicerint . Neq; enim usquam quicq; est  
in tota rerū uniuersitate , unde ad mortales ampliora  
cōmoda, q; ex hoc artiū genere redeant. Sed cum earum  
pretiū iuuentus ignoret, fit ut plerisq; sordeant, minia-  
mēq; dignæ iudicentur, quibus discendis operā nauent.  
Præclarū est philosophū dici, magnificū iurisconsultū  
audire, theologo nomine nihil hoc tempore ad uulgas  
plausibilius est: dicendi artiū, tanquā Megarensiū, nulla  
ratio habetur. Propterea uisum est hoc loco ostendere,  
quæ res maxime nobis earū studiū cōmendare debeat.  
Atq; hic mihi uel Pericleā uim optarim, dum stultā in-

## ELOQVENTIAE

uentutem in iūia reuocare contendo, quae elegantiorē literaturā partim errore contemnit, quod ad reliquias disciplinas comparandas inutile esse censem, partim inertia fugit. Est enim & literarū, perinde atq; aliarū bonarū rerū ea natura, ut sine summo labore, nemini contingant. Notū enim illud est: Difficilia esse, quae pulchra sunt. Quanq; qui rationē subduxerit, quantulo negotio, quantum lucri faciat, qui comodorū magnitudinē ob oculos posuerit, hunc nullae res quantūvis dura, ab harū artū studio deterruerint: quas nisi cognoris, ne dici quidē potest, q; infeliciter reliquias disciplinas tractatus sis.

**Propositio.** Proinde & quis animis audite, quae me rationes adduxerint, cur elegantiorē literaturā rebus humanis plane necessariā eſc iudicē. Primū, nemo tam uocors est, qui non uideat nobis certa quadā loquendi ratione opus eſſe, qua dilucide explicemus animorū nostrorum sensa, quacunq; de reuel publice uel priuatim agendū eſt. Fortasse ridiculū fuerit hic disputare, q; necessarius homini sermo fit. Nam qui literas contemnunt, neutiquā uideri uolūt homini sermonē adimere, sed oratiois cultū aspernantur. Proinde quantū referat, certā loquēdi rationē teneri, paucis indicabimus. Nam qui recte rem & simare uolet, is intelliget non ita multū interēſſe, mutus sis plane, an artem ad dicēdum non adhibeas. Neque enim fieri potest, ut que sentis, sic exponas ut intelligi queāt, nisi arte loquendi facultatem & pares & confirmes. Vſu enim competerunt prudentes uiri, nihil eſc diffīlius, quam diluade ac perspicue de re quapiam dicere.

Primum

Primum enim nisi uim pondusq; uerborum diendo tue  
are, orationem tuam qui aſsequetur auditor? Nam cum  
usu uelut nummi, uocabula probentur, receptis utendū  
est, que quia eloquentes homines quasi per manus poste  
ris tradidere, obscuritate uacant. Superiore seculo,  
cum sua sibi quisque uerba cuderet, & peregrina lati-  
nis miscerentur, eiusmodi conflata est oratio, que ne ab  
illius quidem etatis hominibus intelligi potuit: tantum  
abefit, ut posteritas aſsequatur. Quis enim Sotum, aut  
huius farinæ alium scriptorē hoc tempore intelligat?  
Deinde uix exercitatiſſimi præstiterint, nec ubi ſtru-  
atur am orationis ac phrasu uiolent, que ſi uitiata fue-  
rit, neceſſe eſt orationem obscuriorē reddi. At hic q  
multa efferunt impropriæ etiam eruditissimis. Quoties ab-  
ſurdis ac ineptis metaphoris ſermonē obscurant? Quis  
enim Apuleium & huius ſimias ferat? Sed recte Apu-  
leius, qui cum aſinū repræſentaret, rudere quam loqui  
maluit. Postremo, ut uerba phrasinq; ſatis noris, diſſi-  
cillimum tamen eſt, ſuoqueq; loco diſtribuere, alia de-  
primere, alia attollere, quedam breuiter aſtringere,  
alias euagari liberius, quedam diſsimulare ac tegere,  
alia promere, ut tanquam inter umbras lumina extent  
ac emineant. Eſt enim eloquentia omnino amplius quid  
dam, quam tumultuaria uerborum congeries. Verum  
uideo errore labi iuuentutem, que cum nesciat eloquen-  
tiae cum uim tum naturam, non arbitratur preſtium ali-  
quod opera fore, cur eam ſibi maiore studio contentio  
neq; paret, & laudari à nobis professorculis putat uil-

A 3 gari more,

## ELOQVENTIAE

gari more, quemadmodum sua unguenta solent pharacopole: nec optimorum prudentissimorumq; hominum autoritate commonetur, qui ad illius studium una

**Excursus.** uoce adulescentes et communis classico inuitant. Miserram hominū conditionem, quando ut quæq; res optima est, ita longissime à conspectu nostro recessit, minimeq; agnoscitur. Nec dubitarim ego quin si oculis cerni posset eloquentiae dignitas, mirabiles, ut ille ait, amores sui excitaret. Sed cum casu iuuentus, non ratione uiuat, tecumero quodā impetu ad cadelabitur, quæ uulgo maxime celebrantur. Quare si quis est non imprudens rerum estimator, is apud se expendat, primum nihil esse cuius usus latius pateat, quam sermonis cōmoda. Omnis hominū societas, ratio uitæ instituendæ publice ac priuatum, conquerendorumq; omnū quibus uitam tuemur, deniq; commercia omnia sermone continentur. Deinde persuadeat sibi nemine apposite ac dilucide de ulla redicturum esse, nisi qui arte quadam, imitationeq; optimorum et magna cura, orationem ea lingua qua publice utimur formarit. Quod ubi animaduerterit, haud dubie nihil prius, nihil antiquius habebit descendis loquendi artibus. Siue enim consilio alij iuuandi sunt, siue docendi, siue tuendum est dogma aliquod, siue de iure, æquo ac bono disserendū est, nihilo plus efficias q; in scis mutæ persone solent, nisi arte elaboratam orationem attuleris, que res obscuras tanquam in lumine collocet. Non ignoro esse, qui elegantiam à recte loquendi ratione separant, nec referre putat, modo rem indi-

cent

cent qualicunq; oratione utantur. Qui si rem propriam  
inspexissent, neutquam ascititum & superuacaneum  
ab eloquentiae professoribus sicutum requiri iudicarent.  
Ipsa orationis puritas, natu*rum* que facies elegantia est,  
quam nisi tucare, non modo non uenuste aut inquinate,  
sed impropria, obscure, ac incepte dixeris. Et quemad-  
modum in fingendis corporibus ea demum elegantia  
est, ubi iusta proportione membra omnia inter se con-  
sentiunt: si quid secus facias, monstrosum erit. Ita cum  
germanam orationis speciem noua compositione defor-  
maueris, monstruosam planè ac ineptam facies. Picus  
in epistola qua barbaris philosophiae scriptoribus pa-  
trocinatur, ludens, credo in abesse argumento, &  
elegantiam à recte dicendi ratione separat, & explica-  
ri res qualicunque oratione posse censem. Huic equidem  
nihil succenso, qui barbaricm non magis ex animi sen-  
tencia tuetur, quam febrim Fauorinus laudabat. Hoc  
miror, eis quibus tam fruula & argutiae serio persuase-  
rint, nihil referre quomodo loquamur. An uero recte  
corpus imitabitur pictor, si nulla ratione penicillum  
regat, si temere feratur manus, nec ducantur arte li-  
nce? Ad eum modum nec animi tui sententiam alijs ob  
oculos posueris, ni proprijs & illustribus uerbis apta  
uocum compositione, iusto sententiarum ordine utare.  
Nam perinde atq; corpora coloribus, animi sententia  
oratione representamus. Quare necesse est dicendo  
certam aliquam imaginē arte concipi, quae discernat  
inter se tanquam uultus sententiarum. Flagitium est, si

## EL O QVENTIAE

quis uiae ignaro, deuiam semitam monstrat. At qui recte dicēdi cura uacant, quoties lectorē à uia abducunt? quies unius uerbi abusū ludificantur? Non semel imposuerē in philosophia, in sacris literis solœcismi nostris interpretibus. Quis enim omnium Pauli sententiam in Corinthijs assēcutus est: ubi Grilli isti elegantiæ contemnptores, uerterūt: Ex multis facierū personis &c. Quæ Augustinum tempestas auferat, quo minus propositum teneat in enarrando eo quod est apud Ioannē τὸν ἀρχὴν δικῆς λογισμῷ? Hoc genus extant innumera pāssim, ubi mediocriter etiā cruditos barbarismi se fellerunt. Adco non quo quis orationis genere lectori satis feceris, sed cura studioq; paranda facultas est, qua animi tui sententiā perspicue aliorum oculis subiucere possis, omniaq; commode quæ res poscit, eloqui, id est enim eleganter dicere. Quin igitur elleborum propinamus ijs, qui uenustatem orationis fastidiunt, adeo à communi hominū sensu alienis, ut ne quidem quid loqui sit intelligant. Percepit elegantiam necessitas, quod et barbara omnia incerta sunt: et quæ oratorijs ornamentiis illustrata sunt, clarius percipiuntur. Nam in hunc usum adhiberi schemata Fabius scripsit, neque unquam ueram speciem a utilitate recte diuidi sentit. In sacris libris, ut interim profanos omittam, quid queso desideras rhetoricum schematum? At his opinor non usuri erant prophetæ, si nihil ad rem facere iudicassent. Videlis qua ratione uobis eloquentiæ studia commendem, quod nec exponeare quæ uolumus ipsi, nec quæ à maioribus recte scripta extant,

extant, intelligere possumus, nisi certam dicendi normam perdidicerimus. Evidem non video quomodo alijs hominum uice futuri sint, qui nec que sentiunt, explicare, nec quod recte dicitur a se qui queunt. Quare ut nulla sit eloquacia dignitas, nulla gratia, tamen ea uis est, ut non igni, non aere, ut aiunt, non aqua pluribus in locis utamur. Quomodo enim consistant res humanae, si legum sacrarum et profanarum patrocinium eloquentia deserat, si nec publicis, nec priuatis consilijs oratio, quae intelligi possit, adhibetur: si res gestae nullis literis ad posteros transmitti queant. Ecquod uestigium humanitatis in tali republica reliquum fuerit? Porro ab hac quantulum distabat etas superior: cum sacrorum librorum sermonem propè nemo iam intelligeret, quotidie' que stultorum sophistarum arbitrio figerentur ac refrigerentur sacre leges: Res gestae illorum temporum eternis obrute tenebris iacent, nema enim erat qui eis literarum lumen adhibere posset. Disciplinae omnes dicendi genere sic obscuratae sunt, ut ne doctores quidem ipsi, quid profiteremur satis compertum haberent. Digladiabantur inter se de figuris sermonis philosophi, tanquam in tenebris. Andabat et, nec quisquam domesticis suis plane intelligebatur. Recte ille οὐρανοῖς πάρα πεπονισμένος, οὐρανούς, παρά συνθατόν. At isti domi sue ἴσολοκίου, suamque singuli dialecton mira libertate comminiscabantur. Iures eis uoluptati fuisse, non aliter atque Heraclito illi ceteris mortalibus tenebras offendere: Iam cum minime obscurum sit,

A 5 • quanti

## ELOQVENTIAE

quanti nolis eloquentiae contemptus constiterit, cur bar  
bariem non abominantur tanquam nocentissimam pe-  
stem? cur non magno consensu è scholis exhibilamus? cur  
ipsi nobis tantisper inuidemus eloquentiam, qua nihil  
melius, nihil amplius in terris hic sol uidit? Hactenus do-  
cuimus, que cogat necessitas certam dicendi rationem  
sectari ac tueri, que si quenam parum mauet, ei uero mul-  
to iustius asini auriculas diligenter addiderint, quam Midæ.

**Argumē**  
**tū à fru-**  
**ctu.** Accedit huc non contemnendus studiorum eloquentiae  
fructus, quod earum artium usu, quibus eloquentia conti-  
netur, excitantur, erudiunturque ingenia, ut res huma-  
nas omnes prudentius difficiant, neque proprius um-  
bra corpus assectatur, quam eloquentia comitatur pru-  
dentia. De rebus humanis adhuc loquor, de sacris po-  
stea. Videbant inter se maiores nostri haec duo, bene di-  
cendi scientiam, & animi iudicium, natura coherere:  
quare & non inerti quidam orationem esse dixerunt,  
explicatam animi rationem. Et Homerus poëta iisdem  
eloquentiam ac prudentiam tribuit. Mitto iam alios.  
Vlyssi cuius orationem hybernis niuibus comparat,  
utrunque uno uersiculo ascribit, cum inquit: οἱ δὲ φίλοι  
μορφὴ ἐπίων, ἔνιοι φέρεται αὐτοὶ. Nec tempero mihi quo mi-  
nus recēscam & latine ab crudito quodam expreſſum:  
Mente uales, iuncta est facundis gratia dictis. O diui-  
nam sententiam, multo' que dignorem quæ iuuenilibus  
pectoribus solcite inseratur, quam delphica aliquot  
scita. Quid enim spectabat aliud optimus scene x, quam  
sic inter se copulatas esse prudentiam ac eloquentiam,  
ut diuellit

ut diuelli nulla ratione possint. Atque utinam sibi omnes adolescentes hunc uerficum propositum pertinet, quorsum tanquam ad scopum omnia studia sua rationes que dirigant, sentiant que sibi omnem operam, curam, industriad, cogitationem, mentem denique omnem in his artibus parandis figendam esse: quorum Homerus haud dubie ob eam causam mentionem fecit, quod uideri omnium rerum humanarum, ut sunt, & pulcherrimas & maxime utiles uoluit. Quid in corsilio fuisse censem ueteribus latinis, cur dicendi artes humanitatē appellantur? Iudicabant illi nimirum harum disciplinarum studio non linguam tantum expoliri, sed & feritatem, barbariem que ingeniiorum corrigit. Nam cultu perinde ac plerique sylvestrem indolem exuunt, mansuscunt ingenia, circuuntur que. Due sunt autem cause, cur recte dicendi studio animi iudicium acuatur. Prior est, quod quibus artibus operam dant, ad eiusmodi scriptorum exempla se comparent necesse est, qui in maximis rebus gerendis ac tractandis uersati, summam prudentiam usu consecuti sunt: quorum commercio fit, ut nonnihil iudicij contrahant lectores, & tanquam qui in sole ambulant, colorentur. Solet enim iuuenilibus ingenib[us] exemplar aliquod recte dicendi sentiendi que proponi, unde & uerborum uim, & orationis structuram, & explicandi figurās discant. Nam & dicendi rationem, perinde ac ceteras artes imitatio adiuuat. Neque enim uerisimile est,

• pingendi

## ELOQVENTIAE

pingendi orti tantum ab Apelle uenustatis gratia eq̄  
adijci potuisse, nisi fingendorum lineamentorum ratio  
nem multo ante ostendissem iij, qui primū μονοχρύματα,  
deinde επικτάχυφα pinxerunt. Sic et ex optimis  
scriptoribus concipienda est certa quedam et dicendi  
et iudicandi ratio καὶ θέση, quam sequaris, quacun-  
que de re disserendum fuerit. Proinde qui disertos scri-  
ptores in manibus habent, secum expendant, quid in  
quouis potissimum mirari, laudare, imitari que deceat.  
Primi omnium sunt, ad quos cognoscendos invitatur.  
iuvetus, poëtae ac historia, quos qui uoluptatis tantum  
causa, perinde atque in conuicijs citharistrijs, accer-  
sunt, nē illi summorum hominum aestimationem gra-  
uiter ledunt. Nam et prodeſſe illi uoluere, et bonaſ  
mentes optima potissimum delectant. Est itaque ab il-  
lis et dicendi forma petenda, et obſeruandum quid de  
communib⁹ rebus ferè iudicauerint. Sæpe ridere so-  
leo Graecorum grammaticorum uulgaris, qui ad physio-

De Homero. logian totum Homerī carmen referunt: mire' que ſibi  
placent, cum noua metamorphosi belli nugatores ex  
Ioue æthera, ex Iunone ærem faciunt, que ne per ſe-  
brim quidem unquam ſomniaturus erat Homerus.  
Quanto ſatiuſ fuerat ea ostendi, que ille lectoribus  
proprie admirationi eſſe uoluit? proprietatem ac lu-  
cem in explicando, carminis ὀμοοὐλοῦ, cum uaria con-  
ſilia, uarios caſus miro ordine recenſet, cum aptas  
occationes nouis euentibus accommodat, quanta decori  
ſeruandi cura, quanta ſit item uerborum ac figurarum  
copia

## ENCOMIVM.

7

copia uarietas' que ijs locis, in quibus detineri lecto-  
rem uolebat. Vides quam minime frigida sit aut ieiua  
na seditionis descriptio, in secundo Iliados. Nam &  
motus eius occasionem, et ipsum vulgi furorem & se-  
ditiosas quorundam conciones, qui multitudini frigi-  
dam (quod aiunt) suffundebant, & Thersitæ mo-  
res, morumq; argumentum formam, duas item grauis-  
simas eorum orationes qui multitudinis animos sedati-  
bant, in quibus uehementior est Ulyssæ, lenior Nesto-  
rea, bone deus, quam perspicue, quam grauiter tractat:  
nec recte dicendi archetypum facile usquam reperias  
hoc loco absoliuorem: cuius elegantiam uirtutesq; o-  
mnes is denum proprius cernet, qui imitari & expri-  
mere stilo conabitur. Cauic enim putas Homerum teme-  
re à M. Cicertone planè oratorem uocari, aut inconsul-  
te scripsisse Fabium, excellere hunc poëtam orato-  
rijs omnibus uirtutibus. Iam quæ scena res humanas uer-  
tius representauit, quam Homeri carmen: ut fieri né-  
queat, quin obiter & rerum admiratione tangamur,  
cum dictiōnem consideramus. Offerunt sese ultro spe-  
ctanda morum exempla, principum vulgiq; affectus,  
uaria rerum gestarum consilia, quibus nisi eruditii ani-  
mos Arcesilaus sensisset, nūquāma amasium suum Ho-  
merum uocasset. Mibi quidem omnium quæ hominum  
ingenia peperere, nullū prudentius Homericō scriptū  
extare uidetur. Nec dubitarim affirmare, quod Hora-  
tius censuit, Homerū quid rectum, quid utile sit, melius  
Chrysippo & Crantore docere. Quæso qui potuit re-

gum

## ELOQVENTIAE

gum temeritas festiuus notari, q̄ cum fingit somnio cōmotum Agamemnonem, uniuersum exercitūm Græcum in discrimen adducere. Constat enim quām ob frias causas nonnunquam omnia misceant principes.

Siderū no- Quid in Achillis clypeo? non' ne rerum elementa & menclatu- clarissima sydera, præterea horum positus etiam ac ra apud meatus graphicē descripsit, unde postea & philosophi Homerū. dimetiendi cœli rationem accepere. Nam & eodem loco circumagi Arcton, inquit, nec unquam occidere, et ē regione illi oppositum esse Orionā, qua sententia bonam astronomie partem complexus est. Quid quod ibidem & pacis cōmoda & belli ærumnas inter se confert, cum duas urbes, alteram pace florentem, alteram bello uastatam depingit? quo magis iniūsum, opinor, bellum rem perniciōsissimam, optimo cuique faceret. In pacata urbe nuptijs locus est, exercentur iudicia, aguntur cause, admirationi sunt oratores. In altera iugulantur liberi, silent leges, mutum est forum, postremo miseranda est omnium ciuilium rerum uastitas. Quid cedò potuit hoc commento excogitari prudentius? Neque enim plures Homeri locos hic attingere ui- sum est. Tantum hos indicaui, ut studiosis adolescentiis fidem facerem, bonorum scriptorū cognitione non os tantum ac linguam, sed pectus etiam formari. Id o- pinor in consilio quandam Græcas fuit, cur Homerū fa- miliariſſime notum esse suis hominibus uoluerint. Solon enim & Pisistratus lege constituerunt, ut illius carmen ordine digereretur. Nam auro illo seculo adhuc suarū partium

partiu principes esse sentiebant, præstare, ne quod utile scriptum intercederet. Nunc regū nihil est nisi idē sit *de novo*. Mox institutū est, ut à Rhapsodis seu Homeristis, publice in theatris decantaretur Homericum poëma, ut diuino carmine iuuenum aures assiduo personarent, eßetq; semper in promptu recte dicendi iudicandi que regula. Felicissime cum Homero certauit ex Latinis Vergilius: planeq; par, nisi fallor, utrique laus, siue dictione spectes, siue sententiarum grauitatem, debetur. Quid Tragici, quam multis exemplis tyranorum mores & fata proposuere? Quid comoëdia nisi priuatæ uitæ speculum? In uniuersum quid præstare studiosis poëtica possit, indicauit Fabius. Ego figurarum copiam præcipue nostræ orationi suppeditare video, uarietateq; rerum animos tum erudire, tum delectare.

Historia iudicium formari, dico, que facultatem augeri Demosthenes censuit, cum Thucydidem adeo familiarem sibi fecit, ut octies etiam descripscerit. Amazuit & Xenophontem Cicero. Et cum uniuersa historia πολιτεία quedam sit, uarias constituendarum rerum publicarum formas adumbrat. Nam ut hic nihil aliud dicam, quid admirabilius est τῶν πολιτειῶν collatione apud Herodotum, ubi Persarū satrapæ alij Αημερχίαι, alij Ὀλυμπίαι, alij Μοναχίαι probant. Quo locouides grauiſſimum scriptorem morbos omnes, uitia que ciuitatum uelut in tabula depinxisse. Verum nem tam imprudens est, qui non hoc consilio animaduerterit conscriptas esse historias, ut omnium humanorum officiorū

De hi-  
storiam

## ELOQVENTIAE

officiorum exempla tanquam in illustri posita loco cernerentur. Quæ si nihil ad erudiendos excitandos que mortalium animos conducunt, quid fuit, cur Scipio scribit se clarorum virorum imagines intucentem, ad uitatem accendi? Oratores cum res publicas administrant & in iudiciis versati, de iure, aequo ac bono tam multa disseruerint, consentaneum est pleraque utiliter monere. Quis enim philosophiae moralis locus est quem non attigerint Demosthenes ac Cicero, optimam πολιτειαν, nemo philosophorum sic δημόσιον, ac illi in actionibus suis, cum in improbos ac seditiosos ciues, tanquam ferrum, stilum stringunt, cum aduersus hostilem vim res publicas consilio muniunt. Quid de pace popularius ueriusq; excogitari potuit, quam quod in ea oratione qua legem Agrarianam dissuadet, Cicero dixit. Quid ciuius ea ~~legum~~ predicatione, quam ex Demosthenica oratione νοταὶ ἀριστούσαις iuriis consulti in suos commentarios trastulere. Sed quorsum attinet hic prolixius scriptorum έγκώμιον texere? Quin ipsi periculum facite, quid ex classicis quisque praestet, quanta perspicuitate gratia que omnia explicet, quam prudenter omnia colligat que ad institutum pertinent. Nisi enim ad horum imitationem te componas, prorsus desperanda est recte dicendi iudicandi' que facultas. Stili. perest, ut indicemus & alteram causam, cur eloquentiæ studijs iudicium acui statuerimus. Id uero fit, quod bene dicendi cur a per se sene uegetiorem animum reddit, ut quid in quaq; re maxime conueniat, aut profit, recti-

us perspiciat. Nam ut corporum robur exercitio confirmari uidemus, ita fieri negit quin hebescant eorum animi, qui nullo ingenuo labore excitantur. Nemini dubium est quin multum conducat bonorum scriptorū lectio. Verum nisi ad illam scribendi dicendiq; consuetudo accesserit, neq; perspicere satis acute poteris illo rum sententias ac uirtutes, neq; animo certam iudicandi commentandiq; regulam conapere. Propterea ad comparandam tum loquendi tum iudicandi facultatem, nihil perinde necessarium est atq; stili exercitiū. Quid enim aliud uolebat Afranius, cum fingeret usu patre sa- pientiam prognatam esse, quam assiduo dicendi com- mentandiq; studio animū ex pergesieri ac erudiri. Re liquit in eam sentētiā dignam memoria posteritatis uocē Anaxagoras, τὸν χειρα, σοφίας οὐρανού, quod ui- debat artes omnes usu comparari, οἷοq; ingenia ferē sterilescere. Nam ut mechanicas artes experiundo di- scimus: neq; quisquam tam demens est, qui se mox Ap- pellem fore confidat, ubi penicillum primum in manus acceperit, ita multo usu assuefacienda mens est, ut se se acrius in omnia intendat. Itaq; tantum stilo tribuit M. Cicerou optimum & præstantissimum dicendi ef- fectorem ac magistrum esse scripserit, solitusq; sit per oculum, alias è Græcis Latina facere, alias noua cu- dere, alias declamare, qua industria & ingenij uim ac uigorem tuebatur & locupletabat facūdiam. Sic enim de se ipso in Bruto, nequid temere comminisci uidear: Nos autem non desistebamus, cum omni genere exer-

## ELOQVENTIAE

citationis, tum maxime stilo, nostrum illud quod erat, augere quanquam cunctq; erat. Demosthenes aliquādiū moditande orationis causa se in specum quendam abdit, feruntq; pertinacissime fraudato genio lucubrare solitum. Estq; Plutarchus autor, lucernis noctu usum esse assiduis, donec quinquagesimum annum attigit. Dic dicerunt enim usu prudentissimi homines, quām non vulgaris artificis sit, diluade apte q; dicere At ex nostris iuuenibus quotusquisq; uel perpetuo decēnrio unū aliquem uersiculum scribere instituit? plerique compendiariam uiam ad consequendam eruditōnem esse censem, si quām plurima audierint aut legerint. Itaque alij totos dies sursum ac deorsum currunt, scholas omnes perreptant, praeceptores pāsim audiunt, mirantur que non intellectos, dictata excipiunt, unde aliis literis elen̄tos commentariorum notāt, minio illustrant. In pretio sunt interpres, qui quām plurima dictando tempus extrahunt, nec quisquam semiſe preceptorem emerit, qui ab hac consuetudine uel transuersum unguem discesserit. Rursum alij domo nusquam pedem proferunt, librisq; se tanquam pistrino cuidam addicunt, chartas uoluunt ac reuoluunt, beatos se putant ubi quotidie magnum numerū chartarū percurserint. An non utriq; miseri uidentur, cum tanto labore, tantaq; ualeitudinis iactura despere tantum discat. Primū enim nisi stilo excitetur ani nus, per se hebetat, deinde cū immodica se uel auscultatione, uel lectione obruunt, ingeniorū adēm, si qua contigit, obtundūt.

I am

Iam & iudicij inopia fit ut ferè pessima quæq; cupi-  
dissime audiant ac legant, ne non multa peruagentur.  
Quos si quis ceu domum reuocatos interroget, qd hac  
descendi ratione sequantur, quis finis, quæ meta animo  
proposita, sit, intellecta non aliter ac mente captos, qd  
agant nescire. Nec enim uel sententias uel sermonem  
scriptorum obseruant, cum imitandi cura uacent. Tan-  
tum oculis auribus' que negociū faciūt, animus interim  
Epimenideū quendā somnum dormit: & cum nullum  
certum exemplar exprimere studeant, fit ut & dicen-  
di & iudicandi ratio deprauetnr. Gratulatur sibi De-  
mosthenes apud Athenienses dicturus, qd ipsi per se-  
se que opima sint cernant. At nos stili exercitiū præ-  
dicamus his qui nunquam periculum rei fecerunt, nec  
cōmodorum quæ secum hæc exercitatio affert, uim am-  
plitudinem' que uel per transennant uiderunt, quo ma-  
gis metuo, ne parum fidei habeat oratio nostra, cū stilo  
tantum tribuimus. Verum si quis est non plane iniquus  
musis, is apud se expendat quæ ueteribus docendi,  
descendique ratio fuerit, qua disciplinæ omnes non tan-  
tum illustratæ, sed etiam auctæ sunt, pauci in ludis li-  
terarijs autores, sed hi optimi proponebantur, quos imi-  
taretur iuueneus. Et quemadmodum de re rustica præ-  
ceptum est, ne maior fundus sit quam q̄ colli probe pos-  
sit. Ait enim Vergilius: Laudato ingentia rura, Exi-  
giuum solito. Sic illi cum uiderent nec perdisci, nec ex-  
primi posse multos feliciter, turbaque scriptorum cō-  
fundi potius, quam erudiri iuuenilia ingenia, paucio-

## ELOQVENTIAE

res admittebant quos sibi studiosi quam familiarissimos facerent. Declamabatur item a siduo, scribebant aliquersus, alijs solutam orationem. Et quia inter se bene dicendi studio certabant, cura solicitudeq; iudicium acuebat. Quo instituto cum nullum iucundius erat spectaculum, tum nihil priuatim aut publice utilius fieri potuit. Nam ex huiusmodi ludis prodiere clarissimi superioribus seculis homines, Græci ac Latini, plerique etiam Christiani, quos si imitari studerent nostri, bone deus, quanto res humanae magis florarent, et saecula literæ felicius tractarentur.

Porrò cum ueteres tantum opera in exercēdo stilo posuerint, cū nec eruditio, nec eloquentia mediocris citra hoc studiū parari queat: Cum intelligi nō possint quæ ab alijs prudenter scripta sunt, nisi ipsi stili usu in genia excitemur. Sinite quæso à uobis impeirari, ut stilo nonnunquam uestras uires experiamini. Rem postulo non perinde difficilem atq; salutarem, neq; enim aliunde studijs uestris amplior accessio fiet. Ludes autem et uersiculos et solutam orationē: video enim putiduscule dicere, quotquot poëtice non attigerūt, planèq; humili repere, nec uerborum pondus, aut ullam figurarum uim tenere. Iam cum asperas confragos asq; compositiones multo sit facillimum in uersibus reprehendere, fit ut qui carmen condunt, de solutae orationis numeris rectius iudicent. Et haud scio an de literis omnibus actum sit, ubi poëtice fastidiri coepit. Fit enim ut ornatus splendorq; uerborum nullo in pretio sit, mi-

nore cura scribatur, oscitantius legantur omnium, rerum inquirendarum studium frigeat. Quare et Romanis temporibus poeticae contemptum incredibilis infecitia rerum omnium, infantiaque secuta est. Et nuper adeo cum nostri homines uersiculos facere coepissent, cum literis melioribus in gratiam rediere. Nec video ego conseruari posse quicquid illud est elegante, quod hoc seculo resloruit, nisi exercendo stilo carmen iuuentus meditetur. Sensit et M. Cicero facundiam uersibus scribendis alii, camque ob causam et sape scriptissime carmen, et poetarum perstudiosum fuisse constat. Videlicet posteritas pleraq[ue] eius epigramata, extantque hodie loci aliquot illustrium poetarum ab ipso latinis uersibus luculentiss. expositi. Plinius orator editis etiam poematis testatur hoc studio dicendi uim adiuuari. Proinde qui discendo bonas horas bene collocare uoleat, ueterum exemplum imitantur: stiloque, ut Quintilianus ait, fidei, et facundiam parent, et iudicium acuane. Vehementer enim falluntur, si quid sine hac exercitatione promoturos se in litteris sperant. Mare uitem citius ferat, quam eruditio nem est, aut dicendi facultatem consequatur is, qui tanquam man dragora sopitus, nunquam incalescit ut ingenium commenando expergeficiat. Exposui que rationes ad artium dicendi studium inuitent, nempe quod et certa dicendi ratio obseruanda sit, et harum artium usu studiosis non nihil iudicij accedit. Que si quis ad se nihil pertinere sentit, is haud dubie ab omni humanitate logisti me abest. Contra boni ubi commodorum uim, que ad

## ELOQVENTIAE

nos à sermone redeunt, contemplati fuerint, animad-  
uerterintq; & certa ratione dicendi opus eſe, & his  
artibus ingenia cultiora reddi, uelis ut aiunt, ac remis  
ad hec studia properabunt. Verum sunt non parum  
multi p̄ſertim hoc tempore, qui bonorum curſum  
morantur, hi ad theologiarum literarum tractationē  
negant dicendi artium ſcientiam conducere: cœpitque  
hic error ceu contagione quadam late uagatus, pluri-  
mos, qui ne non ualde theologicari uideantur, humani  
ores diſiplinas omnes conteuuntur. Egouero ſerio il-  
los theologicari optarim, eaq; p̄ſtare quæ Christiana-  
nam mentem decent. Nunc uideo theologicum nomen  
ignauie tantum p̄texi, ceterum nihil minus eſe  
quàm quod profitetur. Nam dum piget elegantiam  
discere, ſeq; diſciliſis ſcriptoribus exoluendis, exer-  
cendoq; ſtilo macerare, neque enim ullarum literarum  
eognitio ſine acri ſtudio contingit. Si quando domum  
bene poti rediere, conciunculam aliquam legunt: inde  
conuiujs, nam ubi potiſſimum ſapiunt declamant: &  
quia uulgaris applaudit, iam uero ſibi tantum non ab-  
ſolute Theologi uidentur, cum de grauiſſimis rebus  
obſcenii homines, impuro ore, nulla religione diſpu-  
tent. Et cū uetet Paulus κακηνειν λόγον θεοῦ, nemo impu-  
dientius cauponatur uerbum dei, quàm hi qui cum nec  
moribus, nec eruditione bonis ſe probare poſſint, uul-  
gi fauorem, impia ſacrarum literarum tractatione  
emerentur. Quid multa, uideas eos affernari literas  
noſtras

nostras, quibus res bona & honesta &c; omnes, quibus pietas, quibus mores publici, imo quibus Christus ipse fabula est. In quos si bene constitutam haberemus Rem publicam, non nos oratione, sed ui magistratus animaduenteret. Quam enim crucem non merentur hi, qui ut præterea nihil peccant, exemplo suo iuuentum à literis auocant. Quæ nisi discantur, posteritatem sumus habituri nihilo saniorem superioribus seculis, cum literarum imperitia res omnes humanas ac diuinias labefactasset. Quin igitur sic cogitamus, olim cum grauissime succenseret Ecclesia Deus, creptas esse literas, secuta est & sacrarum insatia. Nam cum nostris uerbis loqui Deus uoluerit, de sermone diuino in epte iudicauerint imperiti artium dicendi. Porro quæ illis temporibus cæcitas mentes hominum tenebat? Christum quotus quisque norat? Imo chartæ iam obsoleuerant, quibus continebantur sacra. Articulos Parrhisij condebat, quos interim mundus tanquam diuinæ leges adorabat: pium nihil erat nisi quod illi omniascent. Et belli homines, cum literas nullas tenebrent unde sapere discerent, fatuam illam sophisticen pepererunt, ceperuntq; rixari de commentitijs uerborum compositionibus, ne non rhetorica rentur, quid intersit inter hæc: papam uidi, et uidi papam. Extatq; hodie articulus Parrhisien. Ego currit, male latine dici, Hæreticum esse quisquis disenserit. Satim uidentur ultæ contumeliam literæ neglectæ? Quis enim credit cerebrum fuisse taliū nugarū autoribus? Hæc uero ca-

## ELOQVENTIAE

Iamitas magna ex parte literarum inscitiæ imputada  
est, nō enim patebant sacra tanquā interclusa uirgultis  
ac frondibus, unde mentis recte erudiendæ ratio pete-  
retur, negligebantur & diserti scriptores q̄ monerent  
humana. Quanto tolerabilius fuerat pestilitate aut an-  
non & caritate plecti ecclesiam q̄ tanta amenia? Plane  
q; mihi persuadeo, certum esse diuine iræ exemplum,  
si quando mundo literæ eripiuntur. Nam reliquis poe-  
nis pijs quoq; non raro multe antur. At literarum insati-  
am publica comitatur impietas. Nuper uero cum respi-  
cere afflictos iterum coepisset optimus pater, c̄set que  
rediturus nobis euangelium, pro sua liberalitate &  
literas restituit, quibus euangelijs tractatio adiuuare-  
tur. Nec magis nouum uideri debet donum linguarum  
Apostolis collatum, q̄ quod hæ à tanto squalore receptæ,  
ex tenebris plus quam tartareis in luce reuocatae sunt.  
Nec in obscuro est, bonis quibusdam uiris auxilio fuisse  
literarum scientiam, in theologia restituenda. Primū  
itaque ingratitudo fuerit, cœlesti donū aspernari: dein  
de cum beneficio literarum restituta sint sacra, impij  
simus si nullam harum rationē habeamus, sine quibus  
stare res theologica non potest. Et ut paucis exponam,  
qd iudicē ad sacrarū literarū tractationē conferre lin-  
guarū scientiam, nō sum in eo errore, ut humani inge-  
niū industria sacra penetrari statuam. Sunt in sacris  
que nisi monstrante deo nemo unquam cernat: nec in  
notescit nobis Christus, nisi doceat spiritus sanctus. Sic  
enim Christus ipse inquit, à spiritu se doξωντο. Verum  
præter

preter prophetiam, uis uerborum cognoscenda est, in  
quibus tanquam in sacrario quodam, diuina mysteria  
recondita sunt. Quid enim si non intellecta uerba ma-  
gico more pronuncies, nomine surdo fabulam? At de scr-  
mone iudicare nemo recte poterit, nisi qui recte dicen-  
di rationem perdidicerit. Quid enim magis proclive  
est, quam uerbo aliquo aut schemate falli. Nuper qui-  
dam ex Magistris nostris cum enarraret ea quae de  
Melchisedec in Genesi prodita sunt, Rex Salem panē  
ac uinum obtulit, non animaduertens, Salem loci no-  
men, multa de cōdimentiū ac natura disseruit. Impos-  
uit enim bono uiro uocum affinitas. Nam oscitantius  
omnia legunt qui ingenium dicendi artibus non exer-  
cuere. Deceperunt & eruditos figurā, adeo nulla ex-  
ercitatio dicendi ac scribendi satis cautos facit. Inter-  
rogabat me pridem doctus quispiam homo, ecquid sibi  
uellet Paulus cum inquit in epistola ad Timotheum: Sal-  
uatur mulier per filiorū generationem, si in fide per  
manserint, (nam Græci plurali numero uerbum extu-  
lere) Egocum non haberem quod apte responderi vide-  
retur, cōmentarios consulere. Ecce uobis Chrysostomum  
quam belle nugatur cum uerbum μετωπος ad sobolem re-  
fert. Quod quam non conueniat sententia Paulina fa-  
cile est iudicare. Nec uidet senex ille Synthesin esse  
Grāmaticam, cum uniuersum sexum plurali uerbo cō-  
pleteatur. Similia horū exempla non rara suppedita  
bit quotidianus scriptorū usus. Postremo, quam aliam  
ob causam Sophistæ sacris libris ablegatis, nouum theo-

## ELOQVENTIAE

Logiae genus reperere, quam quod illorum sermonem et  
differendi rationem non assequebantur? Quorum ex-  
emplum si quem à barbarie non deterret, is sustario  
non oratione castigandus est: nam si perrexerit iuuen-  
tus bonas literas contemnere, haud dubie futurum est,  
optimis neglectis, ut rursus sacræ bonæ quæ res omnes  
peccatum eant. Fallitur enim quisquis uerbis tantum, non  
etiam mente barbaros fuisse Theologastrositos cen-  
set. Nam si quando ecclesiasticum dogma tuendum fue-  
rit. Quid queso præstabit is, qui quid semiat explica-  
re non potest. An confusaneam aliquam ac Stoicam ora-  
tionem afferet, in qua de uerborum inierpunctione ri-  
xetur. Ab hoc, auditor cum expectarit perspicuam sa-  
cri dogmatis tractationem, perinde ac hians coruus di-  
scendet, diu frustra molestis distinctionibus fatigatus.  
Itaq; quos pietatis tenet studium, iuvel Christo iuvel pu-  
blicæ necessitatì Ecclesiæ, hoc præstent officij ut recte  
loqui discant. Vocat huc etiam Paulus cum in Corin-  
thijs linguarum studium probat, cuius autoritas me-  
rito apud uos ualere debet, quibus in ore tam multus  
est. Indicauit paucis quid ad literarum prophanarum  
ac sacrarum tractationem conducat recte dicendi sae-  
tia. Nunc uestrum est cum elegantiore literatura im-  
gratiam redire, eam' que cupide amplecti. Video ple-  
rosq; intempestive properare ad grauiores, ut uocat,  
displimas, quosdam ad iura discenda, ad medicinam  
spes questus rapit, alij ad theologiam contendunt, pri-  
usquam robur aliquod fecerint in studio artiū dicēdi.

Qui

Qui si suo queq; ordine aggredentur, bone deus, quāto rem felicius gererent. Nunc male tentato compendio ipsi sese morantur.

Fuit apud nos morio quissiam, qui in heri culinam ex more ligna ferebat. Is solitus est ex infima strue ea reuellere que moueri sine magno negotio non poterant. Interrogatusq; cur id fieret, respondet se diffidillimam laboris partem primum conjecturum, summa illa facilius moueri, nec uidit quantum referret, singularia ordine tollere. Huius mihi persimiles uidentur, qui fastiditis his artibus ad sublimia prouolant. Nam et augetur discendi labor, et incommodius omnia tractantur, cum nondum sint perpoliti primis rudimentis. Deum immortalem, quam infeliciter cessit maioribus nostris hec precipitantia. Nullum genus artium superioribus seculis non foede confusum est ab his, qui cum elegantiores literas non attigissent, in optimas quasque ex grauiissimas disiplinas tanquam in rosas porci irruerunt. Theologia stultis et impijs quaestionibus prorsus obruta est. Qui philosophiam profesi sunt, ne nomen quicquiam artis intellexerunt. De iure, et quo ac bono fieri non potuit, ut quicquam sani communiscerentur hi, qui elegantioris literaturae rudes erant, q; et ipsum disiplinæ genus ex medijs humanitatis artibus deriuatum sit, et ueterum iuris consultorum literæ plene sint priscæ, ueræq; eruditionis. Neq; nunc ego sermonis spurcium tanum in artium professoribus accuso, sed imprudentiam: à quo se uitio aſte

• rete

## ELOQVENTIAE

rere non possunt, quorum ingenia dicendi artibus non sunt exculta. Quare non cessamus adhortari ad elegantiæ carum que artium studium, sine quibus disciplinæ reliquæ non possunt non in feliciss. tractari, quod à uobis par est ut uel publica necessitas impetraret. Nam ubi dis-siplinas grauiores uitiarit barbaries, periclitari solent & hominum mores. Est enim multo uerius hoc, comparari mores ex doctrina, quam quod Plato scripsit, ex Musicorum canebus. Duxi.

CHRISTOPHORVS  
A Carlebicz Lectori Salutem.

**E**T si ueteres illi scriptores, ut quisq; laudatiſſ. fuit, ita maxime hanc usurpatuit querelam, puer etiam num sibi aut adolescenti aliquia inchoata atq; ru-dia, & opinionis ætati sue post consecutæ splendore in digna excidiſſe, non uideo tamen quid magnopere ob-stet, quia illa, quæ uel polita satis uel perfecta primo foetu nō sunt, si modo in iſſdem aliqua bonæ frugis ſpes elucet, in uſum hominum minus debeat proſterri. Nec dubito, quim illi ipſi, qui hoc queruntur, eodem mecum iudicio uſi fuerint, duxerint que magis opera & pretium facturos ſeſe, uberiores que item ad studiosos fructus reddituros, si rerum carum, quas explicandas ſuceptiſſent, ita tractatione compararent, ut non magis ipſi laudem quam lectors utilitatem inde auferrent. Quo rum ſane unice admiror animi magnitudinem, q; in cō-munis

munis salutis, quam suæ augendæ gloriae studium ma-  
 luerint incumbere. Et M. quidem Tulliū, si ad scriben-  
 dū maiori se opera cura que dare uoluiſet, puto com-  
 mentarios illos inuentionum admirabili quodā & pe-  
 nè diuino artificio ornatos, distinctos, per politos que  
 exhibiturū fuſſe. Sed quoniam uir ille natus credo pro  
 mouendis aliorū cōmodis, proſpexit impendio magis  
 se studiosis consulturū, si hoc operā daret, ut libri sui  
 à quibusuis, minore etiam musarū afflatu instinctis in  
 genijs intelligerentur potius, quam uel omnibus admi-  
 rationi eſſent, rem simplici & plena oratione sub oculis posuit. Nec uero aliud ſpectaſſe uidetur Fabius Quē  
 tilianus, qui & ipſe pleraq; illaboratius ſcripsit atque  
 edidit. Eodem que modo de Homero existimo, qui, ſi  
 uerum eſt, quod ab eruditis quibusdam uideo afferri, ſi  
 militer fecit. Ac uero Erasmus Roterodamus, quo hic  
 ſol nihil uidi: (pace omniū dixerim) uel docti<sup>o</sup>, uel ex-  
 ercitatiuſ, an non idem in more atq; consuetudine ha-  
 bet? ut nimirum lucubrationes suas primum ſine lima  
 propositas, ſubinde in manus reuocet atque retexat<sup>s</sup>.  
 Proinde ſi tantuiri, quos nihil ſine prudentia aut ra-  
 tione administrare uerisimile eſt, inchoata ſua opera  
 necdum abſoluta, edenda tamē cenuere, & ego pror-  
 ſus ſic ſtatuo, neminem, cum idem fecerit, in crimen pro-  
 pterea uocandum. Vt inām uero omnes, qui hodie mul-  
 tarū uariarum que rerum ſcriptionem ſibi ſumūt, ſic  
 animo affecti eſſent, ut publicæ magis utilitati, q; ſuæ fa-  
 mæ inſcriueniām ſibi existimarent, melius profeſto

multe.

## EPISTOLA

multoq; præclarus cum rebus humanis ageretur. Sed  
hoc tam peruersum nostrum est seculum, ut multi suam  
ambitionem communis humanæ societatis saluti ante  
ponant. Qui stultiissimi homines tum se immortalitatē  
consequuturos sperant, cum ita scripserint, ut laborum  
suorum fructus ad paucissimos propagentur, cum ab eo  
omnis posteritatis ratio pendeat, si nostra opera homi  
nes quam plurimum se adeptos profiteantur ad recte  
sentiendum recteque uiuendum, eaq; maxima sit laus,  
quæ multorum profectu, non rerum difficultate cōstat.  
Quid autem hic uetat, quo minus naturæ optimæ ma  
gistræ ductum sequamur? Ea enim nihil perfectū edit,  
sed omnia rudia primum in lucem effusa, paulatim po  
stea et quasi per gradus cultus suo facit splendescere.  
Sed quorū sum hec tam multa? Horum numerum lector  
optime, horum, ut aliqua tibi consiliij nostri ratio ex  
tet, et, quam non temere aut sine exemplo hæc Pro  
gymnastica misericordi intelligas. Cum enim suauero  
gatuq; meo optimus hic uir P. Mosellanus, eius trien  
nium iam disciplina utor, illa nuper ex Græcorum fon  
tibus in nostram deriuari lingua, intellecterimq; ego  
præstantiores te ex illis fructus percepturum, quam si  
a Græcis ipsis peteres, propterea quod hæc ad nostro  
rū hominum morum, temporum, deniq; ingeniorum ca  
ptum accommodatoria sunt, committere nolui, ut diuti  
us in obscuro iacerent. Tame si ita adornata non sunt,  
ut æditionis aleam, ut nunc sunt hominum morosa iude  
cia, tuto subire possint. Quod si prima fronte minus te  
bimca

bi mea hæc audacia probabitur, ipsa res atq; utilitasta  
men optimū facti mei confessionem, atque etiam, ut spe-  
ro, gratiam tibi extorquebunt. Id quod tibi uel meo ipſi  
us periculo etiā atq; etiam confirmo. Bene uale. Lipsiae  
quarto Calen. Maij. Anno M.D.XXIII.

*Et genere & uirtute nobili adolescenti*  
Henrico Birco à Dauba Baroni Be-  
mo, ad Cumburgum domino,  
Petrus Mosellanus S. D. P.

**S**æpe & multum mihi de literarum studijs cogi-  
tanti, mirum uideri solet, Baro inclyte in tanta  
& docentiu & discentium multitudine, tam diuite li-  
brorum omnium supellestile paucos adeo ad aliquam  
laborum suorum frugem peruenire. Nam si uerum fate-  
ri uolumus, nulla unquam ætas tot ad discendum cōmo-  
ditates, quot hæc nostra, protulit. Primum quando unq  
(ut de nostra patria nostrisq; studijs potissimum dica-  
mus) tot rhetores habuit Germania, quot annos iā ali  
quot habet? Quæ enim academia, qui ludus tam friget,  
in quo adolescentibus non oratorum, Poëtarum, Hista-  
ricorum, deniq; philosophorū, è quorū fontibus eloquē-  
tia haurienda est, scripta prælegantur? Quām frequē-  
tes imò quām fermè omnes, qui liberaliter discere cupi-  
unt, ad hoc lectionum genus percipiēdum concurrūt?  
Neq; uero parum momenti adserit discere uolentibus  
admirabile illud librorum certis formulis excudendo

• sum

rum nuper inuentum artificium, cuius beneficio factū  
est, ut uix quisquam tenui adeo in re sit, quin optimo-  
rum codicū copiam sibi coēmere faile posse. Quan-  
quam autem p̄r studijs partim pecuniae, partim uolu-  
ptatum, potissimum uero bellorum ac seditionum (qua  
mala ut alias nationes possident, ita & per Germani-  
am non ita pridem serpere cōperūt) honestis artibus  
præmia satis maligne proponuntur, tum bene dicendi  
facultati, quacunq; in lingua hæc se ostendat, uiresq;  
suas exerat, diuitias amplias, honores magnos, opes de-  
niq; summas contingere uidemus. Et ut talium nihil  
assequamur, animus tamen uere generosus artium pul-  
cherrimæ sibi conscius se aduersum Eucliones istos &  
Sardanapalos, ac Thrasones optimarum rerum con-  
temptores, partim uetus laudatissimorum uirorū ex-  
emplis, partim dulcissima illa honesti conscientia faci-  
le & solatur & tuetur. Quid autem obstat, quo mi-  
nus ut Romani olim in suam linguam Græcarum arti-  
um fructum traduxere, & quicquid in Græcorum li-  
bris laudi suit, hoc ipsi & in suo sermone expressere,  
sic & nos nostram linguam ad eloquentissimorum ho-  
minum siue hi Græci, siue Latini fuerint, artes atq; ex-  
empla excolamus expoliamus' que? Præsertim quum  
tale quid iam non infelicissime conentur aliqui, & is sit  
sermonis nostri genius, ut hoc cultu facile splendescat.  
Ergo q̄s nō miretur, cū tam multa ad eloquentiæ studi-  
um invitent, & multi adeo id sectentur, hoc tamen tē-  
pore apud nos, in quibus ueteris illius eloquentiæ uel ue-  
stigium

stigium aliquod appareat, aut omnino nullos, aut paucissimos existere? Ac uero longum eſet hic persequi quoties res aliquam eloquetiæ ſpeciem postulat, quam frigeant in nobis omnia. Inuenio eſt uulgaris, & de proximo ſumpta. Collatio non coheret. Eloquio non ſolum non eſt magnifica ſed etiam ſordibus conſpurcata. Memoria uero et actio tamen non excoluntur, ut in multis ceu ſublimiora humanis ingenij desperari coepint. Et tamen miſeranda hac rhetorica interim mirifice nobis placemus. Quid alijs hic in mente ueniat ne ſao, & ſuum cuique iudicium liberum relinquo, mihi certe, quod pauci adeo cum fructu ſtudent eloquemiæ, tribus potiſſimum ex cauſis euenire uidetur. Etenim cum in omni diſiplina percipienda ſit opus, primum inge‐nio non ſtupido, deinde certa diſcendi uia ac ratione, poſtremo uisu & exercitatione, compertum iam eſt bonam diſcretum partem hiſ ferè laborare. Nam et ſi conſtat ſatis, pleraque ingenia noſtrorum hominum, ſi cum exteris hominibus comparentur, non ita multum cede‐re, tamen ea eſt educationis peruerſitas, ea crapulae et ebrietatum ſtatum à primis annis ſtudia, ut quod bene natum eſt, antequā ad frugem aliquam adolescat, præfocetur intereatque. Plato quidem olim, cum in Siciliam profeſus homines ibidem biſ preter morem Græciae, in die ſaturos fieri conſpexiſſet, reuerſus eā crapulam pro miraculo ſuis annunziauit. Quod ſi nunc uiueret Plato, non tantum in Sicilia, ſed ubique ferè ter aut qua‐ter ſaturos, imò toties quoque ebrios ſicri cerneret. Sanè

C. non

## EPISTOLA

non tam monte decurrēs amnis, quē uellementiores im  
bres peperere, omnem subiecti arui sementem diluen-  
do uitiat perditq; q̄ ebrietatis fluxus omnem mētis ui-  
gorem corrūpit. Quæ aut̄ spes est ut ipso ingeniorum  
fonte uitiato, nō et impuri cogitationū riui, inde in oēs  
humanæ uitæ actiones deriuentur? Deinde qui dicendi  
facultatem sibi comparare student, ij q̄ nihil certi ho-  
die sequuntur? quām diu sursum ac deorsum, in tanta  
omnis generis scriptorū silua, nullo uiae duce oberrat? 22.  
Quām ferè in ipso studiorum suorum uelut portuna-  
uem impingunt? Alius qui nec dum Grammaticas ra-  
tiones percepit, uersatur in grauissimis autoribus. Ali-  
us in iure ciuili discendo, alias priusquam humanarum  
literarū quicquām attingat, et humane uiuere discat,  
publice religionis magister haberi postulat. Quis au-  
tem nesciat in omni arte percipienda, ut rectissimum, sic  
& breuissimum esse compendium, ut non à summis ar-  
tis operibus exercitatio ināpiat, sed ab infimis per mo-  
dios uelut gradus ad summa paulatim ascendatur. At-  
qui erramus hic plerique partim magistri, qui prius-  
quam in minoribus, & scribendo & dicendo priuatim  
exerceamur, eloquentiae publicæ tradendæ pulpitum  
occupamus, partim disāpuli, qui ad fastigium prope-  
rantes, eorū, sine quibus ad summa non peruenitur, &  
gnoscendorum moram non patimur, ac quod Græco-  
rum prouerbio notatum est, ἡ τοι πλω τὸν οὐρανόν εξ  
perimur. Vnde queso tot inepti libelli, tot ridiculæ  
uersificationes, tot criminationes pariter & recrimi-  
nationes,

nationes, breuiter tanta chartarum iactura, ac tam in signis omnium bonarum artium contemptus, nisi quod bona nostrum pars in literis aliquid uideri quam esse malumus? Olim puerorum bene natorum etas dabantur gramicæ, adolescentium rhetorice, dialecticæ, musicæ & palestræ, iuueniū, disciplinæ militari, reliqua uite pars prout cuig; uel natura uel cōditio obtigerat, in repub. cōsumebatur. Nūc oīa confusa peruersaq; sunt, ut qui totū suiginti annos, apud literatores nullo cū fructu desideant paſſim reperiāntur. Necq; deſunt, q; omni humanitatis cultu ſemel contēpto, illotis, ut aiut, pedibus, uulgi tantū infatia, & ſua impudentia instruēti ad ſummas profeſſiones inſiliant. Quis uero miretur in tanta ſtudiorum conuofione uileſcere ſcholas publicas? Ludos literarios deferi, omnem deniq; eruditoruū autoritatē paſſim eleuari? Nam in exercēdis uſuq; conſirmandis ijs que diſcenda ſucepimus, dici uix potest quam ſimus ignauī, quātoq; inter uallo à ueterum admirabili industria abſim⁹. Declarat hoc uel ſola rhetorica institutio. Illi adolescents fidei ſue commiſſos ante in leuioribus quibusdam rhetorici operis partibus uelut tyrocinio præludere uolebant, quam adiumentum declamationum munus perducerent. Nam ex ijs qui eloquentiæ deſtinati erant, aliud meditabatur narrationem nunc fictā nunc uerā, aliud ſententiā laudatē alicuius uiri ad certā rationē recenſebat, aliud traſtabat locum communem, aliud claros homines laudabat & improbos uituperabat, aliud ſuadebat aut diſuadebat

## EPISTOLA

bat legem aliquam, breuiter alias alio exercitationis generere pro etatis ingenijq; sui captu præparabatur. Nos omnem exercitationem stili, qui solus optimus dicendi magister est, sic negligimus, ut uix longis interuallis epistolam aliquam meditari sustineamus. Atqui utinam redeat aliquando antiqua illa discendi ratio. Rediret enim una & literis literatis' que uiris prætium. Quod ad me attinet, libelli huius, quem de primis apud rhetorem exercitationib; tibi tuis' que condiscipulis priuatim scripsi, laborem non alio consilio suscepi, q; quod ueterem illam eloquetiæ tradendæ ratione certe quod sciam, apud Germanos nouam pro mea uirili mea' que ergauos fide restituere mire cupiam. Evidem, cum superioris anni mensibus & stiuis Aphthonij προγραμματα uobis exponerem, continuo sensi Græcum illum progenitis ingenio & ocijs copia, pleraque tum curiosius, quam ut ijs argutijs occupari studia uestra uideretur operæ pretium, tum alienius, quam ut ad nostrorū hominum rationes conueniat, tractasse. Nam obrem & mihi decorū & uobis utile fore putavi, si totū Aphthonij opus retexerē, & ex ueteri nouum facerem. Non enim secutus sum Aphthonium, ut interpres, sed iudicio arbitrio' que meo, quantum uisum est ab illo mutatus, reliquam operis partem de meo filo contexui. Hoc quicquid est lucubrationis tibi uolui priuatim dedicare optime Baro & hoc officio meum erga te studium ut cunq; commendare. Nam quoties te tuam' que indolem intueor, ac tecum plerosq; tui ordinis adolescentes, qui

ad in-

ad ingeniorum cultum comparandum in hanc nostram  
 Academiam profecti sunt, compono, non possum non  
 & te, qui studiose adcolis & literas, & virtutes, lau-  
 dare, et illorum, qui concessationibus cōpotationibus q;  
 dediti, nihil minus quam quod unum agere debebant,  
 agunt, uicem dolere. Neque uero cor, ne qui utrumque no-  
 strum norunt, adulandi studio admetiri aliquid me su-  
 pra uerum laudibus tuis cauillentur, cum ipsum me ti-  
 mor inuidat, ne, quia que aliis quispiam plenissimo ser-  
 mone amplificaret, ipse uix parcissime attingo, ple-  
 risque uel tu nimia familiaritate apud me uiluisse dica-  
 ris, uel ipse decoris tui parū candide fauere uideri pos-  
 sim. Sed quod parcus te laudo, incredibilis tua fa-  
 cit modestia, que laudibus etiam modestissimis offendit  
 tur. Porro si tibi tuis que æqualibus opusculum hoc pri-  
 uatim & placuisse & profuisse ipsa re cōperero, quod  
 nunc priuatim in uestram gratiam inchoatum est,  
 hoc ut aliquando accuratius perfectū omnibus  
 publicetur, efficere non grauabor. Tu  
 interim rectissime cum cæteris no-  
 stris uale, & felicissime stude.

Lipsiae ex collegio no-

stro mense Aprili.

Anno M D

XXIII.

(\*)

C S DE

PRÆCEPTIONES  
DE PRIMIS APVD RHETOREM  
exeritationibus præceptiones P. Mosellani, in  
priuatum discipulorum suorum usum  
comparatæ.



R A E C I P I T O P T I  
muscloquentie magister  
Fabius, ut qui adolescen-  
tes ad dicēdi facultatem  
instituēdos susapiūt, eos  
ante in minoribus eius ar-  
is operibus exerceant, q  
ad magnum illud decla-  
mationum opus perduce-  
re conentur. Sunt autem minora opera, fabula, narra-  
tio, sententiae, confirmatio, refutatioq; laudatio claro-  
rum virorum, & improborum uituperatio, loci commu-  
nes, Theses, legum deniq; comprobatio, reprehensioq;  
de quibus singulis q brevijs. præcipiemus.

DE FABVLA.

Fabula est expositio rei fictæ, sententiæ alicui il-  
lustrandæ adhiberi solita. In quo genere qui ex-  
ercentur, duo uitabunt. Primum ne orationem faciant  
omnino aridam, sed temporum, locorum, aliarūq; ar-  
cūstantiarum uelut succo plenam reddant. Deinde ne,  
dum hoc uitant uitium, in contrariū incurrat, & immo-  
dico descriptionum ambitu fastidium ingerant. Porro  
sententia ea, cui illustrandæ fabula adhibetur, ferè post  
ponitur in scholis. At in seria oratiōe nihil uerat eandē  
præponi

præponi, præsertim si fabula subiecta paucis indice-  
tur magis quam explicetur.

Exemplū fabulae ad Scholasticū exercitiū tractatæ.

**F**ragantissimum, quū cicadae, animal irrequieto cātu **Res.**  
musis sacrum, musicos cōcentus meditabatur. At  
formicis studio erat laborare, et fruges unde per hys  
men in sequentem uictus suppeteret, in latibula sua cō **Causa.**  
gerere. Itaq; quū iā hyems ingrueret, formicæ cœnam  
et iuso labore congesta, unde alerentur habebant. Cica  
dis aut̄ breuis illa canendi uoluptas in famem abiit. Ad  
eundem modum iuuentū, si dum eius tempus est, labo  
rem recusat, exapit senectus misera.

Exemplum de serio usu fabularum.

**N**am q̄ se maiorū suorū titulis ac imaginibus iā  
stat, ipsi interim ignavi uiijsq; dediti, ȳ pindē  
faciūt, atq; cornicula Aesopica, que cū p̄ se de  
formis esset, plumis alienis uestita in publicū puolabat.

#### DE NARRATIONE.

**V**& de fabula tractanda præcepimus eadē et  
**Q**de narratione præcepta intellige. Quid enim  
illic in ficta, idem hic in uera materia seruā-  
dum est. Nisi quod excusatius luxuriat exeratatio in  
ueris omni orationis dilatāde ratione, q̄ in fictis. Quid  
enim uel dicenti ineptius, q̄ in rē plane cōfictam omnes  
elequentiae diuitias effundere? uel audienti molestius,  
quam in re uana longa descriptionum ambage detine-  
ri? Fit autem copiosa narratio, si ut dixi, circūstantias

## EPISTOLA

completarī: & à quo tempore quōq; loco, quo modo,  
quo instrumento, qua deniq; causa factum aliquid sit,  
diligenter persequaris. Et quia Cicero vult, ut in ado-  
lescente orationis foecunditas se efferaat, exemplū nar-  
rationis longe omnī copiosissimum ex Auli Gellij No-  
ctium Atticarum libro primo subieci.

Exemplum narrationis ex secundo capite  
libri Noctium Atticarum Auli Gellij.

**H**erodes Atticus vir et Græca facundia & con-  
sulari honore præditus, accersebat sepe nos-  
cum apud magistros Athenis essemus, in uit-  
ias ei urbi proximas, me & clarissimum virum Serua-  
lianum, cōpluresq; alios nostrates, qui Roma in Græ-  
ciam ad capiendum ingenij cultum concesserant. Atque  
ibi tunc cum esset apud eum in villa, cui nomen est  
Cephysia, et æstu anni & sydere autumni flagrantissi-  
mo propulsabamus caloris incommoda lucorū umbra  
ingentium, longis ambulacris, & mollibus ædium po-  
sticum refrigerantibus lauacris nitidis & abundis, &  
collucencibus, totiusq; villæ uenustate aquis undiq; cano-  
ris atq; avibus personatè: Erat ibidem nobiscum simul  
adolescens philosophiæ sectator, discipline, ut ipse di-  
cebat Stoicæ, sed loquacior impendio & promptior. Is  
pleruntq; in conuiuo sermonibus, qui post epulas habe-  
ri solent: multa atq; immodica de philosophiæ doctri-  
nis intempestiue, atq; insolite disserebat, præq; se uno  
cæteros omnes lingue Atticæ principes, genitcm que  
omnem togatam, totumq; nomen Latinum rudes esse  
agre-

& agrestes prædicabat. Atq; interea uocabulis haud  
 facile cognitis syllogismorum, captionumq; dialectica Partes.  
 rū laqueis strepebat, ut p̄t̄m tōs ouālōrōs bropior̄s, alios'  
 que id genus griphos neminem posse dices, nisi se dis-  
 soluere. Rem uero ethican, naturamq; humani inge-  
 nij, uirtutumq; origines, officiaq; earum confinia, aut  
 contrā, morborum uitiorumq; fraudes, animorumq; la-  
 bes ac pestilencias asseuerabat, nulli esse ulli magis ea  
 omnia explorata, cōperta, meditataq; Cruciatibus au-  
 tem doloribusq; corporis & periculis mortem minitā-  
 tibus, habitum statumq; uitae beatæ quam se esse adeptū  
 putabat, neq; imminui existimabat, ac ne oris quoq; &  
 uultus serenitatem Stoici hominis, unquam illa posse  
 ægritudine obnubilari. Has ille inanes cum flaret glo-  
 rias, iam' que omnes finem cuperent, uerbis' que eius de  
 fatigati pertœduissent, tum Herodes Græca, cuius plus  
 rimus ei mos fuit, oratione utens, permitte, inquit, phi-  
 losophorium amplissime, quoniam respondere nos tibi,  
 quos idiotas uocas, non quimus, recitari ex libro, quid  
 de huiuscmodi magniloquentia uestra senserit dixe-  
 rit' que Epictetus Stoicorū maximus, iussit' que profer-  
 ri dissertationum Epicteti digestarum ab Ariano pri-  
 mum librū, in quo ille uenerandus senex iuuenes, qui se  
 Stoicos appellabant, neq; frugi, neq; operæ probæ, sed  
 Theorematibus tantum nugalibus, et pueriliū isagogā  
 rum cōmentationibus dilatrantes, obiurgatione iusta  
 incessuit. Sed quia positum exemplum tanta orationis  
 ubertate eminebat, ut eius sublimitatem rudis ætas prima

Verba.

## PRAECEPTIONES

exercitatione uix queat consequi. Aliud subieci ex oratione Ciceronis pro Archia poëta, id est huiusmodi.

Alterum exemplum narrationis, ut Archias ciuitatis Romane ius natus sit.

Personæ.

Locus.

**N**am ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab his artibus, quibus etas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studiū contulit: primum Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, & celebri quondam urbe, & copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studijs affluent) celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus, cunctaque Græciae, sic eius aduentus celebrabatur: ut famam ingenij expectatio hominis, expectationem, ipsius aduentus, admiratioque superaret. Erat Italia tunc plena Græcarum artium, ac discipularum studiorum hac, & in Latium uehemētius tunc colebatur, quoniam iisdē in oppidis: & hic Romæ, propter tranquillitatem reipublicæ non negligebantur. Itaque hunc & Tarētimi, & Regini, & Neapolitani ciuitate cœterisque præmijs donarunt: & oīs, quod aliquid de ingenij poterant iudicare: cognitione atque hospitio dignum existimauerunt. Hac tanta celebritate famæ, cum esset iam absentibus notus: Romanum uenit Mario consule: & Catulo. Natus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium, atque aures adhibere posset. Statim Lucculi, cum pretextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solum in-

genij

genij ac literarum, uerum etiam naturae atque virtutis fuit: ut domus que huius adolescentiae prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiiebatur a M. Aemilio: uiuebat cum Q. Catulo & patre, & filio: a L. Crasso colebatur. Lucullo uero, & Dru-  
sum, & Octavios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine cum teneret: affe-  
debatur summo honore, quod cum non solum colebat, qui aliquid percipere aut audire studebat: ueruum etiam,  
si qui forte simulabant. Interim satis longo interuallo,  
cum esset cum L. Lucullo in Sialiam profectus, et cum  
ex ea prouincia cum eodem Lucullo decederet: uenit  
Heracleam: quae cum esset ciuitas & equissimo iure, ac foed-  
dere: ascribi se in eam ciuitatem uoluit: idque cum ipse  
per se dignus putaretur: tum authoritate & gratia  
Luculli ab Heracleensibus impetravit. Data est ciuitas  
Syllani lege & Carbonis, si qui foederatis ciuitati-  
bus ascripti fuissent: si tum, cum lex cerebatur, in Italia  
domiciliū habuissent: & si sexaginta diebus apud præ-  
torem essent professi. Cum hic domiciliū Roma mul-  
tos iam annos haberet: professor est apud prætorem  
Q. Metellum familiarissimum suum. Si nihil aliud, nisi  
de ciuitate ac lege dicimus: nihil dico amplius, causa di-  
cta est.

## DE REFUTATIONE.

**R**efutatio est cum quod ab alijs pro uero allatum  
est, falsum esse ostendimus. Recipiunt autem hoc  
genus exercitationis, quae nec planè sunt mania-  
festa,

## PRÆCEPTIONES

festā, nec omnino absurdā, sed quæ inter hæc media dia-  
bulationem adferunt. Porrò in hoc genere uebmenter  
prodest, primum uelut p̄fando eorū, à quibus quod  
refellendum suscepisti, profectum est, autoritatem ele-  
uare. Deinde rem ipsam, ut gesta dicatur uerbis nostro  
commodo sumptis renarrare: sic ut ipse expositio[n]is  
tenor rem totam suspectam faciat. Tum suscipiēdum,  
q̄ quod ab aduersarijs allatum est, sit incertum, q̄ non  
uerisimile, q̄ nō sit consentaneum, q̄ non potuerit fieri.  
Atq; hæc gradatim tractabis pro argumenti natura,  
sic ut contentio per singulos gradus increscat. Magnū  
enim est sp̄cie rei non facta ostendis: maius, non eſſe  
aliquid uerisimile neq; cōsentancum: maximum autem,  
fieri non potuisse. Quod si altius aſurgere uoleat exer-  
atatio, eriget se ad suasorias usq; materias, & si quid  
diſuadendum est, respičet ad locos honesti, utilis, possi-  
bilis (liceat enim hac uoce uti) & necessarij. Differens,  
quod suadeatur quām sit inutile, quām in honestum, q̄  
non necessarium, quām deniq; non possit fieri. Et au-  
tem in hoc genere, ut laboris ita & fructus plurimum,  
eius exemplum subiecimus.

Quod uanum sit quæ iacent barbari de Hie-  
ronymo ob libros Ethnicorum in primis  
Ciceronis lectos, flagris cæso.

**S**I unq; hoc dubium fuit hoc uitij mortalium menti-  
bus natura insuū eſſe, ut quantum quisq; uel ipſe  
iam sit aſsequitus, uel post se aſsequi poſſe ſperet,  
tamen probet, & nihil, niſi quod ipſe facit, rectum  
putet,

putet, nunc certe dubium esse desinet, posteaquam existunt, qui quoniam ipsi optimos quoque scriptores aut non legunt, aut si legunt, non intelligunt, alios quoque ab eorum lectione deterrent, et quia errorem suum, ue  
ris rationibus persuadere nequeunt, muliercularū mo  
re ad fictas, superstitionum exemplorum minas con  
ficiunt. Nam quis desidiosissimis istis desidiæ patro  
nus creder propterea diuum Hieronymum, ut diuina  
rum, ita humanarū literarum peritissimum, quod Ethni  
corum scripta legerit, cœlestis iudicij sententia conde  
nnatum, de tergo satis fecisse? Operæ pretium autem est,  
quibus uerbis bellam hanc suam scilicet historiam nar  
rent, exponere. Nam, si ueri quid haberet res, longè  
aliam faciem narratio ipsa haberet. Nam qui bene na  
tos adolescentes hac fabula ab honestissimarum rerum  
studijs abducere conantur, quamquam mendacia uerita  
tis tectorio obducere se posse profitentur (sophistæ  
enim & sunt & appellatur) tamen infelici adeo sunt  
ingenio, ut caute mentiri, & fictionem ceiare non pos  
sint. Sic enim aiunt: Sanctus Hieronymus cum singula  
ri quadam liberalium disciplinarū omnium studio fla  
graret, non satis habuit philosophiam & theologiam  
didicisse, insuper curiositate quadam prœuetus, Ethni  
cos scriptores & in primis Ciceronem subinde legit.  
Placebat enim ei pulchra uerba, quibus paganus iste in  
suo libro frequenter est usus: Conuebat ad haec aliquan  
diu deus. Sed cum finem non faceret inutilis studij, per so  
nnium ad dei tribunal accessitus, de Ciceroniana lectio

Renarratio  
tio.

ne dea

## PRAECEPTIONES

ne accusatur. Quid multis? Damnatus est ad flagra.  
Quibus multum diuq; cæsus satis docuit non esse legen-  
dos libros Ethnicorum, præcipue Ciceronis. Hæc est il-  
la terrifica historia, quā ubiq; aduersum bonarū litera-  
rum studiosos decatant. Nam ut indocti mediā uno col-  
lyrio omniū oculos sanant: ita miseri isti unum hoc ha-  
bet quo inscitiae suæ patrocinantur, sed nunc quantum

**Repugnā-** effidant videamus. Sanctus Hieronymus, inquit, sin-  
tia ad eorū gulari quodā liberalium artiū studio flagravit. Quid  
sensum.

**Coniugata** ciunt & dicunt. Vos uero hoc nomine in ius uocatum ia-  
ctatis, quod liberales disciplinas audiens legendo sit se-  
ctatus. Aut ergo sanctus non erit Hieronymus & dis-  
plice liberales erunt fugiendæ, aut si sanctus est Hie-  
ronymus, sanctum erit & liberales artestractare? At  
quis est tam impudens, ut Hieronymo sanctitatis glo-  
riam detrahatur? Nisi fortasse dicitis, tum eum sanctum  
nō fuisse cum profanos autores legeret. Dicite ergo mihi  
ullum tempus, quo à profanis literis in totum abhor-  
ruerit? An est aliquis liber, aliqua epistola, aliquis com-  
mentarius eius scriptoris in quo nō profana sacrī ad-  
iunxerit? Quod si in scribendo ad profanos autores  
sæpe respexit, quāto magis in legendo idem hoc feci-  
se eum putabimus? Aut ergo sanctitatis opinionem quā  
ille sibi summa eruditio, summa que pietate compa-  
ravit, ei detrahethis, aut si hoc non audetis, mendacium  
uestrum ipsi prodetis. Deinde si artes ab Ethnicis po-  
tissimum

tissimum & inuentæ, & nobis traditæ liberales sunt  
 flagitium erit eas didicisse? Vix me contineo quin hic  
 sophistis istis insultem. Hoccine uester uos docuit Ari  
 stoteles, liberale quod sit, hoc idem & flagitium esse  
 posse? Non uirtus est liberalitas? O nouum acumen.  
 Nam cum quod liberale appellant, hoc idem uitiosum  
 esse dicant, nonne ex uirtute faciunt uitium? Ut cum ui-  
 tium omne sit fugiendum idem sit istis & liberale, &  
 illiberale fugiendum pariter & expetendum. Vide quod  
 belle cohærent, quod formalis sit, ut Gothi isti loquuntur,  
 hæc narratio? Sed philosophia ac theologia contentus  
 esse debebat, sicut doctor sanctus, & doctor subtilis,  
 qui non curauerunt istas nouitates. Quam tu hic philo-  
 sophiam mihi somnias egregie philosophiae magister?  
 Neg; enim credibile est uigilare eos qui ullā artē libe-  
 ralē à philosophia separat. Miseri homines nō didice- A' definiti-  
 re philosophiā non esse dictata quædā nuper à nescio tionē.  
 quibus quæ postea & in scholis alij alijs uelut per ma-  
 nus tradidere de inuentionibus, de formalitatibus, de  
 obligationibus & similibus nugis, sed latius patere au-  
 gustissimæ huius disciplinæ fructū. Nam cū totū phi- A' parti-  
 losophiæ corpus ex tribus uelut primarijs mēbris con- tione ad to-  
 stet, sermonis facultate, naturaliū rerum cognitione, tum.  
 & uitæ instituendæ ratione, singula hæc deinceps plu-  
 rimas in se complectuntur partes. Etenim in sermo-  
 ne desideramus, uelut cum recte loquentium exem-  
 plo consentiat, id quod pollicetur grammatica, uel ut Grammati-  
 naturam cuiusque rei explicet, nunc quæ obscura sunt ca.  
 definiendo,

## P R A E C E P T I O N E S

definiendo, nunc quæ multa, & confusa dividendo, nunc  
quid cuique uel consequens uel repugnans sit, colligen-  
**Dialectice.** do, quam uim dialecticen uocam, uel ut proprie, distin-  
cte, copiose, ornate, de quauis re proposita cum qua-  
**Rhetorice.** dam audientium admiratione dicamus. Quæ facultas  
proprie est oratorum. Sed naturæ cognitio latius etiā  
fines suos porrigit, cum cœlum pariter elementa atq;  
adeo quæ in elementis sunt omnia ambitu suo circum-  
**Physice.** scribat. Vitæ uero humanæ moderatio non in hoc est  
tota, ut quis suos ipsius mores ad uirtutis præscri-  
**Ethice.** ptum formet, sed maius etiam quiddam præstat, nimia-  
**Oeconomice.** rum ut primum nos ipsi uitam' que nostram, deinde do-  
mum familiæ' que curam, postremo ciuitatis ac reipubli-  
**Politice.** cæ administrationē, recta ratione instituamus. Et cum  
ex uno philosophiæ uelut fonte innumerabiles discipli-  
narum humanarum riuī promanarint, & nullus scri-  
ptor quantumvis Ethicus tam sit inanis, ut non scri-  
ptione sua in aliquem philosophiæ partem incurrat,  
que, malū, insania est, cum, qui Ciceronem in omni phi-  
losophiæ parte summa cum laude uersatum, diligenter  
legat perinde criminari, ac si philosophiæ termini-  
nos sit egressus? Quod, si philosophiæ pars est Cice-  
ro, & qui philosophiæ student, uel uestro iudicio non  
solum flagra, sed præmia merentur, qua quæso fron-  
te fingitis nobis Hieronymū, cui præmium debebatur,  
cæ sum flagris? Neq; uero libet hic quicquam exprobra-  
re uel Thome Aquinati, uel Ioanni Scoto, quos tanto-  
per uenerari cuīq; per se sanè licet. Illud tātum dico,  
me nec

me nec sanctitatem detrahere Thomæ, nec Scoto subtilitates inuidere. Sed quod additis nō curæ fuisse ijs nouitates, uidelicet per nouitates Ciceronis lectionem intelligentes, agnosco atticam istam uestram eloquentiam. Et acumen miror, quod que annis supra mille sexcentis in cruditorum manibus fuerunt, ea præ nugis uestris nuper natis existimetis noua. Atq; utinā uobis, q; bus tantū displicant noua, nunq; nouus contingat cuculus, nunquam nouæ crepidae, sed semper pannis annisq; obsoletis, putridi pisces & antiquata oua sint cibus. At suauius etiam est, quod quo probabilius esset mendacium causam lecti Ciceronis adiungunt, qui s. inquiunt, placebant ei pulchra uerba. Ecce uero alicrum seruorum sophistici florem. Quid autem peccatum est, malle pulchra quam spurca? Video quorsum tendatis. Hieronymum uestri similem optatis, hoc est infantem, ut ne eloquentissimi uiri exemplum uestræ infantiae obstatet. Deinde, ullum' ne uerbum per se est pulchrum? an potius ut quodq; rei uel pulchrae uel turpi inditum est, ita uel pulchrum uel turpe habetur? Quod si pulchra sunt uerba que pulchras res uelut uestiunt & ornant, non' ne in contrarium res uobis exit, ut quod pro uobis adduxistis, hoc maxime uos oppugnet? Iam ut demus causam hanc alicui ualere, illud quomodo consistet, qd' que in alijs laudat Hieronymus, eorum culpa ipse plebitatur? An non idem ille in epistola ad Magnum orationem & fatetur se prophana legere sacrisq; interiore re, & qui hoc ante se fecerant, suo' ue etiam num tempore facerent, eorum exempla non modo non repre-

D bendit,

## P R A E C E P T I O N E S.

reprehendit, uerum etiam imitanda proponit? Nonne Lactantium hoc nomine miratur, quod ad Ciceronis eloquentia ceteris proprius aspirauerit? Non Basilius summus, mea sententia, theologus nepotibus suis adolescentibus, quos ad diuinae sapientiae perfectionem erudiebat, omne genus prophenorū scriptorum prudenter legendum suavit? Imo non Augustinus in futuro theologo omnium penè humanarum literarum cognitionem desiderat? Nonne idem Ciceronis Hortensio (sic enim inscriptus est liber) uelut duce ad sapientias deo digne studium primum se peruenisse palam testatur? Et Hieronymū lecti Ciceronis pœnas graues adeo dedisse credi uobis adhuc postulatis? Ili laudibus attollunt industriam eorum, qui ad æternæ sapientiae templum ornandū populi Israëlitici exēplo peregrinas conferunt opes, uobis non satis est uos ipsos uelut suos quosdam, in die aluearium nihil importare, insuper alijs in hoc genere laborantibus obſtrepitatis, & fieri exempli horrōe opponitis? Sed quid ego horum exempla cōmemoro? Ipse adeo Paulus qui Christi suo ore loquentis periculum minatur, ethnicorū poētarū uersibus in euangelij gloriā abusus est. Quid autem si ostendam quod uos impudenter adeo affueratis, hoc ne fieri quidē potuisse? Quid si hoc ex uestris ipsorum uerbis conuincam? Quid si hoc uestrum commentum ab ipso adeo Hieronymo palā rideri alicubi cōprobē? Deinceps ne tale aliquid studiosis hominibus obgani re audebitis? Per somniū uobis Hieronym⁹ accusatur, per somnium damnatur, per somniū creditur. O nouū iudicium

iudicium. In Areopago olim iudicia noctu habebantur sed uigilatibus iudicibus, uigilantibus reis, hic reus cū altū adeo dormiat, ut etiā somniet, ad tribunal p̄trahi tur, accusatur, dānatur, ceditur. Et qui fieri potest ut dormiēs causam dicat? ut omni sentiēdi facultate destitutus flagrorum ictus sentiat? Nonne ipsa somnij uox totum hoc, quod iactatis somnium, aut si quid somnio uanius est, eſe ostendit? Atqui uenit in mētēm quo potissimum nūtatur fabulæ illius decantatores. Hieronymus, inquiunt, ipſe scribit tale quid accidisse. Fator, sed scripsit iuuenis calentibus adhuc in eo Rethorum studijs, quorum professio est fictis etiam narrationib⁹ bus ad suum negotium abuti. Scripsit puellæ, cuius ingenium parum firmum talibus terriculis ab immodico ethniciæ lectionis studio abſterrere prudētis erat. Scripsit aptis uerbis, aptis figuris, ea p̄fatione somnij pariter & febriculæ, ut cato, firmoq; lectori commentum ne poſset quidem imponere. Scripsit in familiari priuataq; epiftola, ſtilo ad puellarū infirmitatem accōmodato. Alicui ter periurum facietis Hieronymum. Primum qui poſt iudicium illud ueſtrum, quo lectionē ethniciorū abiuravit, ad libros prophanos toties redierit, Deinde qui alijs eius generis libros non modo legēdos permittat, uerum etiam ſuadeat, Poſtremo qui in deſtione ſua multis annis, poſteaq; ad Eustochiū de ſomnio hoc ſcriperat, exaltis, Rufino lectionē ethniciorū p̄ crimine obiiciēti reſpōderit ſomnū eſe qd' Euſtochio ſcripſiſſet. Somnijs autem scripturarum au- thoritate fidem non habendam, quid expectatis am-

## P R A E C E P T I O N E S.

plius. Ipse Hieronymus iā non minus eruditioē uitaeq; sanctimonia q; ætate pfectus quod iuueni sibi ad Eustochium scribenti exciderit, merum fuisse somnium contetur. Sed uero cor planè ne sint quibus prolixā hęc de somnio disputatio quēdā tædiū somnum adduxerit, tantū abest ut ne cui fabulā hanc persuadēat metuam.

### ¶ De Confirmatione.

**C**onfirmatio est, cum quod est controuersum puerō stabilimus. Atq; adeo quod de refutatio-  
ne diximus, idem ex de Confirmatione con-  
trarij saltem ratione habita dictum intelligatur. Nam  
si hoc materia recipiat, p̄fandum est de eius à quo  
res confirmanda profecta est dignitate. Deinde ex i-  
pso uerborum tenore ueritas arguenda. Post tractan-  
di loci probabilis, cōsentanei, possibilis, certi deniq; ac  
necessarij, nisi (ut supra monui) ad maiora aspirans,  
suadendo cōfirmes sententiā honestate, utilitate, facilitate,  
nonnunquam etiam necessitate. huius generis ex  
emplū in superiori argumēto ex aduerso meditarer,  
si hoc citra Hieronymi sanctissimi uiri iniuriam fieri  
posset. Etenim utilissimi exercitiū est, eandem materi-  
am in utrāq; partem tractare, ut si cōfirmes pariter  
atq; refutes, quod credebatur. Numa rex ex Agerie  
nymphae colloquio regnū Romanū administrare. Qd  
Dido Vergiliana amoris causa mortē sibi consciuerit.  
Quod Lucretia pudicitiae per uim amissæ dolore sei-  
psam cōsiderit. Quod Horatius Cocles armorū pōde-  
re grauis Tiberim tranauerit. Quod Valerius Cora-  
uinus pugnæ uictoriā corri auxilio obtinuerit, Qua-  
lia mul-

*lia multa & ueteres & noue annales studiosis suppe-  
ditat. Nos hic Didonem pro exemplo subiicimus.*

*Quod uerum sit quod Vergilius scriptum reli-  
querit, Didonem amoris impatiētia mortē  
sibi cōscisse, Confirmationis exēplum.*

**Q**uāta fuerit prīsorum hominū industria in comparandis sapientiae monumentis, que posteris suis relinquerent, cum alijs rebus multis constat, tum uel maxime per hoc indicatur, quod quæ eximia cuiusdā philosophiæ documenta existimabant, ea nō temere literis mādabant, sed musica numerorum suauitate condita posteris legēda trādidere. Cuius laudis ab hebreis ad græcos deriuatæ, ut latini quoq; homines participes fierēt, si quisquā alius Vergilius certe effecit. Nam is cum humanarum rerum imaginem in Aenea suo mortalibus proponere, ac per hūc, quod cuīq; uel sequendū uel fugiendum eſset, docere statuisset, non satis habuit fictis interim psonis ueros affectus representare, id quod alioqui poētæ spectare solent, uerum etiam uera pleraq; admiscerunt, inter quæ uirissima esse censenda sunt quæ ut ab insano amore adoleſcentes deterreat, de Didone Carthaginem regina amoris impatientia mortem sibi consciente com-memorat, grauius ne anūcundius nec dū statuo. Narrat enim Aeneam parte classis naufragio amissa Carthaginem in Aphricam delatum. Vbi cum hospitio Didonis ueteretur, reginam pulcherrimi uiri primum admiratione, deinde & amore captam. Postremo amorem consuetudine mutua adeo confirmatum, ut cum

Exordiū  
dignitate  
poētarum  
ac poēti-  
ces.

## P R A E C E P T I O N E S

Aeneam aliò uocantibus rebus persequi non liceret a  
moris impatiētia furere inciperet, sc̄q; ipsa interime

**Tenor narrationis.** ret. Quid obsecro apertius probabiliusq; narrari posset? Quid oīno ē in toto hoc narratiōis cōtextu ta  
le, quale in fictis argumentis eīe solet? Coherent omnia, usitata sunt omnia, & iam multis consimilibus exemplis probabilita. Nec ullum est uerbum quod men  
dacijs suspicioneū facere posset. Cōstat enim Troia ca  
pta Acneae una cum socijs domo profugi classem mari  
forsum ac deorsum iactatam. Cōstat Didonem fratri  
iram fugientem in Aphricam uenisse, Carthaginem cō  
didiſse, regnum nouum instituisse. Et quid noui si regi  
na similibus casib⁹ iactata profugum Acneam hospiti  
o excepit? Si tanti herois uirtutes tum ex ipsius for  
mæ dignitate tum uerborum grauitate mirata est? Si  
quem admirabatur, eius etiam amore paulatim arde  
re coepit? Primum mulier annis pariter & corpore  
uirens. Deinde regalis luxus strepitu lasciuia, & cui  
quod libuit eīam licuit? Postremo gustatæ quondam ge  
nialis dulcedinis desiderio iam dudum aestuans, ac ma  
ritum sibi destinans? Ipse muliebris sexus p se infir  
mus natura sua lubricus est, & cum alijs affectibus, tu  
uero maxime amoribus est obnoxius. Nam iij quanquam  
tristem ferè exitum habent, tamen cum ad se homines  
incautos inuitant prima specie, mirum quantum sua  
nitatis, quantum deliciarum, quantum mellis pollicen  
Exempla tur? Et quid attinet hic exempla comminorare mul  
amorum. tarum, que non ut Dido ignoscendo, sed illiberali pla  
ne & pudendo amore superatæ sunt? Quis nescit Pa  
siphæn

**Probabile.**

**Præccden.**

**Consequen.**

**Coniuncta.**

**Propri  
etas.**

**Exempla**

**amorum.**

siphæn Cretensis regis filiam tauri amore corruptā  
insanuisse? Quis ignorat Clytemnestram Aegypti a-  
dulteri amore pollui, quam Agamemnonis mariti lau-  
datissimi principis triumphalem redditum, expe-  
ctare maluisse? Et credibile non erit Didonē ab omni Compara-  
parentum ac maritali iure liberam reginā luxu barba tio maiorū  
rico diffuentem, Aeneae regij hospitiis amore tactam ad cōsentia  
fuisse? Sed datis Acneam Carthaginē appulisse, hospī neum.  
tio Didonis usum, Didonēm hospitis amore inflamma-  
tum. At flammæ eius tantā uim non fuisse, ut cū Aenea  
suo potiri illa amplius non posset, tum uim ipsa sibi at Refutatio-  
tulerit, hoc uero incredibile uobis uidetur. Quasi ue- obiectiōis.  
ro non sit tantus amoris furor, ut ad moriendum ui-  
ros etiam compellat, nedū foeminas. An non audistis  
Herculēm ipsum fortissimum hercōem quo nomine in Proprietas  
Deorum numerum à superstitione antiquitate positus amoris.  
est, amoris impatientia incendiū sibi ipsum struxis-  
se? Et qui affectus fortissimū uiri pect⁹ expugnauit, Exempla  
foeminam ad suum ipsius necem adigere non poterit⁹ per compa-  
Vanum autem sit hoc exemplum nisi minores etiam rationem.  
affectus hoc à uiris sapientiæ opinione clarissimis im-  
petrarunt. Quis inter philosophos laudator Aristotele?  
At is cū, q̄obrē toties se reciprocaret Euripus  
iuenire desperasset, ipso desperatōis mœrore scribitur  
extinctus. Quot autē nobiles Romani gloriæ studio  
mortē uoluntariā suscepere? Non Cato Uticensis supe-  
ratarum partiu⁹ ignominia, ad suam ipsius cædem im-  
pulsus est? Non Lucretia creptæ pudicitiæ dolore fer-  
rum in seipsa defixit? Quid autem quod & lenissimū

## PRAECEPTIONES

affectus, nempe gaudij, immoderatus sensus matronas aliquot Romanas extinxit? Credendum est enim incorruptis T. Liuij grauiissimi rerum Romanarū scriptoris monumentis. Quod ergo iuris, et fortitudinis, et sapientie gloria spectatissimis, leniores animorū motus extorserunt, hoc uehementissimus omnī affectū amor, nō efficit? Quis ita desipiet, ut hoc credat?

Quis non audiuit uulgo iactari prouerbium, amāti nihil esse difficile? Quis non uidet hac causa cæcū pingere factū re Cupidinem, quod qui huius sagittis sunt saucij, sine sen- riam imam suel mortis uiuant, nihil reverentur, neq; parentes gnes inter neq; amicos, nihil exhorreant, neq; infamiae probra, pbationes. neq; uitæ pericula, sed cæcorum more ipsi se præcipitent? Sed enim poëta fuit Vergilius, et uulgare est po-

**Refutatio.** quid dicatur attendere, perinde ac si dictorū factoriū q; ueritas à discentiū scribentium uero persona pendeat. Poëtam esse Vergilium non negamus, sed nihil uerū ab eo scriptum esse, hoc uero contendere magna est impudentia. Quid enim eorum que in Aeneae sui clipeo de Romanis expressit, uanum est? Neq; si aliquoties fictis imaginibus ueritatem adubrant poëte, propterea et quicquid uersu scribitur, pro facto habendū est.

**Contrarium pexempla.** Alioguī si uerū suum mensura nō nisi mendacijs adhibetur, quid faciemus Empedocli, quid Lucretio, qui rerum naturas uersibus sunt prosecuti, quid Lucano beli ciuilis historiam hexametriis numeris canēti? Immō quid Davidi et quibusdam alijs, qui diuino spiritu afflati, diuinæ sapientiae arcana, uario carminum genere contexueret?

contexuere? Eant ergo qui ueri fidē poētis detrahūt, Epilogus  
in primis Vergilio, ut quē cū alia multa, tū quod de Di brcūs.  
donis amore comemorat ucriſſime tradidiſſe posthac  
non niſi impudēntiſſimus negare potest quisquam.

¶ De Laudatione.

**L**AUDATIO est oratio qua rei cuiuspiam laudes per sequimur. Quanquam enim proprium est hoc prēmium clarorum hominum, tamen & alias res laudare nonnunquam solemus, ut iustitiam, tempeſtantiam, reliquasq; uirtutes. Sic fuerū qui planeularū, ut Cato brāſicæ, laudes perscripſerint. Immo non defuerū qui partim ſtili exercendi, partim riſus excitan di gratia res absurdas ſcriptis laudationibus ſint pro ſecuti. In quo genere Lucianus muſcam, Sineſius caluīcium, Phauorinus febrim quartanā, Erasmus Roterodamus ſtūlitiā laudauere. Ratio aut̄ huius exercitationis est, primū pro argumenti ſucepti natura paullisper prefari. Deinde ſi personam laudes, genus eius tractare, ubi loci ſunt, natio, patria, maiores, & parētes. Post educatio laudes dabit, ſi felix fuerit in doles, ſi ſtudia honesta, ſi mores incorrupti. Poſtremo, quod in laudationibus caput eſt, recenſebis dotes fortune, ut potentiā, diuitias, & amicos corporis, ut formam, robur, celeritatem, quibus rebus recte uſum eſſe cum, qui habuerit, & qui nō habuerit, eum ſapienter cariuſſe laudabile eſt. Animi uero ut ſciētias, uirtutes, ſine quibus nulla uera laus coſiſtere potest. Mox coſparatione alicuius ſine conteruerſia laudabilis hic quem laudare iſtituimus, attollendus erit. Finienda aut̄ laudatio eſt

D S peroratio=

## P R A E C E P T I O N E S

peroratione, que ostendat nostram in dicendo medios  
eritatem imparem esse susceptae rei laudibus.

¶ Laudationis exemplum de Thu-  
cydide historico ex Aphtha-  
rio Græco.

Præfatio  
uncula.

**A**Equum est eos qui utilia nobis adiuuenerere suis  
ipsorum inuentis ornare, & quod ab illis pro-  
ditum est, ijsdem quoq; ceu authoribus cū gra-  
tia reponere. Quo circa Thucydidem laudaturus, i-  
psum oratiōe uelut suis ipsius floribus ornabo. Rectē  
est aut̄ honor arc oēs à quibus beneficij aliquid accepe-  
ris. Thucydidem uero ceteris tanto studio sius, quan-  
to ille quod in rebus humanis pulcherrimum est, nobis  
inuenit. Neque enim in tanto rerum humanarū nume-  
ro, quidquam oratione dederis præstantius, neq; in di-  
Natio. cendi facultate Thucydide superiorem quenquam in-  
ueneris. Natus est ergo Thucydides è terra que & ui-

Patria tam & artem ei dedit. Neq; aliunde prodijt quā unde  
Maiores. & bone artes omnes nobis profluxere. Contigit enim  
Fortunæ ei nasci Athenis & maiores reges habere. Fortuna  
bona.

item potentiam à generis sui stirpe hereditariā acce-  
pit. Ita factum est ut cum in utrinq; inciderit & gene-  
ris potentiam, & rem publicam liberam popularēq;  
utrinque tamen aliquid lucrificerit, dum neq; iniuria  
cuiusquam & equato ciuiū iure copias amplas habet, &  
popularem fere tenuitatem generis sui opibus ditat.

Educatio  
iſtitutioq;

Ita natus educatur à puero, partim in ciuitatis consue-  
tuine, partim legibus, que duo in hac etate p̄cete  
ris curæ esse debent. Ac uero cum, que erat adolescen-  
tis in a

tis endoles, non minus in pace recte uiuere, quā in bello patriam manu defendere statuisse, literarū & rei militaris studia coniugere consultum putabat. Sic fiebat ut dum neque bonas artes ab armis separat, neque rem militarem p̄ae literis negligit, una eademq; meditacione, utrāq; artem sibi pararet. Atq; adeo etate iam in uirum proiectus, occasionem qua, que domi bene meditatus erat, in lucem ac hominum conspectum proferre liceret, querebat. Cum subito fortuna bellum exhibuit, qua fortuna sic usus est Thucydides, ut quae in illo uniuersi fecere Græci, ea quasi suū opus fecerit, dum quecunq; in bella gesta sunt suis monumentis fideliter adseruat. Quae enim singuli pro se quisq; egere Græci, eorū memoria temporis progressu oblitterari, pāsus non est. Quin huius solius industria cognoscimus, Platæa capi, Atticā direptiōc uastari, Pelo pōnēsum classe circūnauigari. Naupactus naualē pugnā uidit, non pāsus est hoc latere Thucydides. capta est Lesbos: & uictoria etiānum hodie prædicatur. Aduersus Ambraciatas communissum est prælium: De fama tēporis longinquitas nihil detraxit. Quis aut iniquus adeo rerum aestimator est, ut cum hoc Herodotū cōparare audeat: sane ille omnia ad uoluptatem narrat, hic ad rerum gestarum ueritatem, ut quanto ueritas uoluptati anteponenda est, tanto quoq; Herodoto superior sit Thucydides. Plura dicerem de huius incōparabilis uiri laudibus, si eius uirtutib⁹ illa humana eloqua-  
tia, ne mea infania, par eſſe posset.

¶ De Vituperatione.

Contra-

## P R A E C E P T I O N E S

**C**ontrarij planè loci sunt uituperationis. Siqui  
dem que de laudando supra diximus, eadem et  
in uituperando sunt seruanda. Nam et hic præ-  
fandum est, & loci nationis, patriæ, maiorum & pa-  
rentum sunt excutiendi, que si clara contigere, ostend-  
endum est ab ea laude degenerasse cum, quem laudan-  
dum suscepimus. Ad eundem modum si dotes sint for-  
tunæ, ad perniciem multorum: si corporis, ad libidinē,  
cedes ac rapinas his abusum fuisse: si scientie, in frau-  
dem, & dolos eas esse collatas, & tantum virtutis fal-  
sum simulachrum exhibitum, que omnia exemplo subic-  
to clarius cernentur.

Vituperatio Philippi Macedonis  
ad imitationem Aphthonij.

### Exordiū

**N**on minus peccant, qui uitia nō accusant, q̄ qui  
virtutes non laudant. Nam utrumq; institutum  
suum quoddam lucrum secum adportat. Dum  
& boni præmium & mali poenam inueniunt. Siquidē  
qui male facere sustinent, eos & male audire non est  
iniquum. Atq; adeo Philippum, quanta malitia mor-  
tales omnes antecellit, tanto quoq; iustius est, cum ab  
omnibus publice uituperari. Natus enim est scelestus  
hic ex ea gente, que inter omnes barbaros uilissima  
semper est habita, queq; ob ignorantiam inconstantiamq;  
nullas sedes certas tenere potuit. Primum enim gens  
hæc, q̄a intolerabilis erat, pulsa est ab Arguis. Dein-  
de cum diu multumq; oberrassent, in regionem quam  
nunc tenent, sunt delati, sic ut illinc melioribus cede-  
rent, hinc uero se etiam peiores hoc est pessimos pel-  
lerent

### Natio

lerent. Nam quod Argis sunt expulsi, ignavia: quod ue  
 ro hic imbecilliores suis sedibus depulere aliena rapiē  
 di studio factum est. Et cum ex gente ignominiosa ori  
 undus sit, tamen ex cunctate magis etiam infami natus  
 est. Ut enim abiectissimi barbarorum censentur Mace  
 dones, ita Macedonum eiusq; terræ uelut quedam sena  
 tina est Pelle, ut in qua ciuitate ne frugi quidem seruo-  
 rum ullus sit prouentus. Porro ex tam barbara terra Maiores  
 nato Philippo parentes maioresq; multo etiam illarū et parētes  
 dabiliores contigere. Nam erat huic avus eiusdem no-  
 minis, cui quo minus eius terræ regnum obtingeret, ob-  
 stit generis indignitas. Huic successit pater Amyn-  
 tas, qui regnum alienis opibus tenuit. Pulsum enim in  
 regnum reduxere Athenienses. Hi maiores, hi paren-  
 tes Philippi, is imaginibus conspicuus, & silongo tem Educa tio,  
 pore pacis obses à patre datus, Athenis uixit, atq; a institutioq;  
 deo in media Græcia est uersatus, tamen diuturna hac praua in-  
 consuetudine tam nihil barbariei feritatisq; depositus, doles,  
 ut barbaricum etiam luxum, ac omnem uitæ intempe-  
 riem, in medijs Græcorum institutis seruauerit. Immò  
 cum Græcis ac barbaris rationes uiuēdi sint diuersae,  
 ipse tamen, qua erat immanitatem, in utraq; gente idē,  
 similem in dissimilibus institutis uitæ prauitatem obti-  
 nebat. Ante omnia ne aliunde quam unde uitæ initia Vitia duas  
 sumpsiisset, perfidiam suam auspicaretur, suos ciues si ritiae et ty-  
 bi in seruituem primum rededit. Deinde finitimos rānidis per  
 queque populos bello uexauit, ut breui temporis spā fidei eq;  
 cio & Pheonas & Illyrios imperio suo adiiceret. Nā  
 quod Tuballos gentem uel feris immanorem sibi ad-  
 iunxit,

## PRAECEPTIONES

iunxit, nihil mirum. Quando insignis barbaries cum populum ei facile conciliabat. Attamen non quorundam corpora bello cooperat, continuo & eorum animos pacis artibus sibi conciliare poterat. Quoniam subinde deficiebant, et, quanquam uictoris crudelitatem horrebant, tamē rebellionem per omnes, penē dixerim notes, somniabant: ut qui opere foris seruirent, intus cogitatione essent liberi. Ad eum modum cum & populos barbaris uicinos sibi obnoxios fecisset, inde ad Græcos castra mouit, atque adeo ante ipsam Græciam inuaderet, ciuitates que in Thracia Græce ditionis erāt, euerdit. Sic potius Amphipoli, Pydna, Botidea, uictorias cumulare ad properans nō quicuit, donec Phœnæ, Pægasæ, Magnesiacæ, imò Thessaliæ ciuitates omnes barbaricas seruitutis iugū acciperent, & generis ipsius uelut notam portare sustincent. Operæ pretium autem est & de belua istius morte aliquid commemorare. Nam cum diuina pariter & humana omnia subuerteret, et contra foederum sacrosanctam religionem plerisque sociorum acerba imperaret, dei foederum ruptorum ultores dignum factis exiūm tyranno dederunt. Neque enim in pugna cecidit, quo fortissimum aliquem mortis sue testem reliquisset, sed in medio turpissimum uoluptatum gurgite suffocatus, se dignum sepulchrum in earum foeditate inuenit. Videlicet ut quemadmodum eius uita, sic et mors intemperantiae foedum exemplum posteris esset. Iam uero que terra tam immane monstrum produxit unquam, quod cum hoc tyranno recte comparare queas? Sanè Homerus cum extremæ crudelitatis

litatis imaginem pingere statuisset, Echetum quendam nobis deliniauit, ut qui inaudita quadam humani sanguinis siti hospitibus suis aures atque nares, truncavit. At Philippus non nares, non aures, non digitos, non manus, non pedes, non deniq; aliquam corporis partem absedit, sed homines totos, atq; adeo populos uniuersos, atq; ciuitates ipsas deuorauit, ut quanto acerbius est totum quam partem interire, tanto immanior Echeto Philippus sit censendus. Nullus certe modus iniuriarū Perorati= Philippi. Sed tamen orationis huius nostrae finem aliuncula, quem statuamus oportet.

¶ De locis communib[us].

**L**ocus communis est oratio quæ alicuius sive rei sive personæ nunc bona nunc mala certis rationibus amplificat exageratq;. Dictus autem est communis propterea, quod communiter pariterq; omnibus, qui eiusdem sunt generis conuenit. Siquidem disputatio, quæ in genere aducit sum proditorum instituitur: in omnes ei sceleri obnoxios ex æquo competit. Quanquam autem eius usus in medijs orationibus est, ut sic proprio exordio non indigeat, tamen primæ exercitationis gratia in scholis facies quedam proœmij præmitti solet. Huic subiectis argumentationes, quarū prima sumetur à contrario, altera à rei de qua dicim⁹ expositione comparata. ut non doccre auditorē, sed excitare commouereq; uidearis, tertiam a comparatione nunc parium, nunc maiorum, nunc minorum. Non quod nō ex alijs locis argumenta ducere liceat, sed quod indicati præcipue sint excutiendi. Nam si in te-

## PRAECEPTIONES

stem, in predictorem, aut aliqui criminorum aliquem paretur locus, consilia eius prava conjecturis erunt quoque exagitata, et tota anteacta vita infamanda, hoc tandem obseruato, ne ex ipsa rei communitate ad personarum, temporum, locorumque angustias te demittas. Postremo quia in suasorijs saepe tractantur loci communes, admiscere etiam aliquid licet de aequo, honesto, utili, facili, et similibus. Exempla locorum communium tot habes in Ciceronis paradoxis, quot sunt in eodem libello capita, et mirus est in hoc genere aureus ille theologarum rerum scriptor apud grecos Ioannes Chrysostomus. Quoties enim ille orationem deflectes in auaritiam disserit? Quoties in ebrietatem? quoties in spectaculorum unitatem? et similia? nos simplex quoddam subscriptimus et quidem nostrum.

### ¶ Locus communis in ebrium.

Proemio. **V**eretur plurimum ne qui sobrios sunt, operam hanc mean in ebrios dicendi cœu superuacaneam rideant. Dicent enim sobrios castigatione hanc nihil opus esse. Ebrios autem sic uino sepultos, ut nullius uocem exaudiant, nullius admonitione intelligant, nullius obiurgationis asperitatem sentiant. Nimis quod ut corpus mortui nullis punctis, sic ebrij animus nullis monitis excitari posse videatur. Quanquam autem optabile esset non saepe operam ludi in corrigitis ijs, qui in uitjs suis sic obduruere, ut omnem medicinam spem excluant, tamen quia sunt, qui certis interuallis ex tati malis sopore expergefacti ad se redeunt, se que sanabiles per hoc, quod morbum subinde agnoscant, prebeat, uel horum

horum gratia quanta sit in hoc uitio perniciēs, paucis ostendam. Nam ut pulchrius nihil est homine sobrio Contrarium. & ad quidvis, quovis tempore, quovis in loco parato, ita nullum monstrum fœdius ebrio, cuius, ut Terentius Chremes ait, neq; pes neq; manus satis suum officium facit. Prinatio mirari succurrit hic græcorum prudentiā, qui sua etiam linguae proprietate, quanta uirtus quanq; ingens bonum sit sobrietas satis declarant. Siquidem ut ostenderent mentem humanam in sua dignitate consistere sine sobrietate non posse, uirtutem hanc insigni uocabulo σωφροσύνη, nominauere. Quid Vocabulum enim aliud sonat σωφροσύνη, quam mentis conseruatio= Etymolog. nem? ut quantum homo animalia rationis expertia mētis dignitate antecellit, tantum quoq; hæc uirtus cæteris omnibus sit sublimior censenda. Quanquam autem Stoicorum disputatio est, qui unam uirtutem habeat, ei & cæteras non deesse, tamen in usu uite humanæ sepe compertum est, fortitudinem habuisse eum, qui amictiæ iura non prestiterit. At sine sobrietatis fundamento nullus unquam uirtutum domialium in animo suo construxit. Nam ut ea oculorum aedes sola colorum discrimina discernit. Qui nullo uitiosi humoris fluxu lippiant, ita quid quaq; in re uel fugiendum uel sequendum sit ea tantum mens cernit, quā abus ac potus moderatio ab omni onere semper seruaret expeditā. Hæc prudentibus consiliorum omnium mater. Hæc recta cōsulta mature exequitur. Cum hac florent respu. hac di scedente, sensim optima queq; dilabuntur. Ut uel hinc appareat, quanta sit pestis in repub. ciuis ebrius. Qui

## PRAECEPTIONES

**E**xpo. neq; uirtuti ulli locum apud se relinquat, nec ullū in rebus dubijs consiliū aut inuenire ipse, aut ab alijs inuentū recta ratione exequi pos sit. Qui nec præteritare recordari, nec præsentia moderari, nec futura prouide re recte queat. Qui deniq; nihil aliud sit quam quod de oerosis ait poëta, telluris inutile pondus. Pingē autē tibi cogitationis peniallo talis hominis uitā. A uespera ad multā nocte clamatur, bibitur, luditur, cātatur ululatur, pugnatur, frāguntur scyphi, mensæ uomitu conspiuntur. Succedit somnus alijs grauis adeo ut morti plus quam similis appareat. Alij somniore terrificis spectris irrequietus, tū equeissimū ebrietatis suppliū uchemēs capitidolor ac mēbrorum oīm debilitatio. Mane dolor, et nōdū edornitū uillū surgere uetat, et in mediū usq; diem in stratis decinet. Quod si quid operis urgat nimis, fracti et uel semimortui ad illud accedimus. Quis autē cū laude in negoio aliquo graui uersatur ad quod inuitus, fractus ac totus lāquidus ingredit? Quid expedit impeditus ipse? Quid fortiter facit languidus? Quem laborem feret hesterno mero non solum fatigatus, uerum totus fractus? Attrectandum est aliquid? tremunt manus. Eundum aliquo? genua labant.

**C**ap. ratio. Res posat eloquētiā lingua heret, uocis meatus est impeditus. Quid multis? inter tot morborum genera, quot humanæ naturæ miseria est obnoxia, uix illum est quod semel adeo totum hominem sibi eripiat, et animum pariter atq; corpus prosternat. Bona morbo pars, cum uel corpus uel corporis aliquam partem affligat, tamen immortalē hominis partē, nempe animū,

impetrere non audet, Sunt qui soporem, sunt qui torporem, sunt qui frigus, sunt qui aestum immittant, salutamen interim ratiōis dignitate. Atqui illud ipsum quod cōmune habemus cū dijs immortalibus, quo solo homēnes & sumus & recte appellamur, quo à brutis differimus, hoc uero labefactare ebrietas, & pōt & solet. Atrox sanè & horrenda pestis est ēpiλepsiā, qua correpti pleriq; aliquoties uim sibijpsi afferunt, dum suā ipsorū mēbra pulsant, dū capillos sibi uellunt, dū se in luto uoluunt ipsi. At nullis uerbis consequi queas, quanto fœdiori quantoq; immaniori malo laboreb̄ ebrius. Quem epilepsia corripit, hunc paulo momento deserit, atq; ei mentis usum redit. Ebrius aut̄ cū diu multūq; per ebrietatē iactatus fuerit, seq; indigna multa tū facerit, tū paſsus fuerit (si nō quod s̄ e penumero accedit in totū extinguitur) totūq; pene triduū sepulto similis iacuerit, uix tandem ad se utcunq; redit. Illi mali sensum lenit, quod nulla sua culpa sed morbi ucheinertia pœnitenda multa tū diat, tū facit. Huic uero malum conduplicatur, quando quo mali culpā à se transferat non habet, et minus premere solent, que nihil cō*Coniuncta*. meritis grauiā accident. Iam inter animi uitia nullū est tam noxium, nullum ex quo tanta malorum aliorū Cō*Sequētia*. seges pullulet reperiri potest. Quid enim tam est horrendum quod non ebrij audeant? Fide & taciturnitate in rebus humanis nihil sanctius esse debet. Ebrio nihil recte credideris, effutit omnia, neq; quicquā tā religio se arcanū est, quod celare is pos̄it qui ad cuiusvis cōpotoris stultitiam inuitatus mentis suę dignitatē ipse

## P R A E C E P T I O N E S

**Ebrium.** prodit. Quid enim non proderet is, qui illud quod charissimum habet, ad alienum affectum eumque stultum amittere uel cum auditate paratus est? Cui autem ignoratur est, rixarum, vulnerum, stuprorum, adulteriorum, hominidiorum, uberrimum fontem esse ebrietatem?

**Causa.** quis enim nesciat pugnam Lapitharum factam, ut Horatius

**Effecta.** ait, super mero? Quis nesciat Tarquinios mero calentes primum ad stuprum nefandum processisse, mox et

**Exempla.** regno amplissimo exadiisse. Quis ignorat Alexandrum Macedonem cetera quidem regem laudatissimum, copotandi studio eodem prolapsum ut quibus familiarissime utebatur, ijs interfectis ergo per hoc procerum suorum omnium animis a se alienatis, ueneno tandem extingueatur? Sed ne ego ineptus, qui quod uitium finem nullam nocendi habet, hoc orationis meae angustijs complecti studio.

## D E T H E S I.

**H**ec uocant rhetores Graecia questionem uagam, ac nullis circumstantiarum cancellis inclusam. Quamobrem questionem infinitam appellant latini. Namque personam, locum, tempus, taliaque complectuntur, græcis ὑπόθεσις, latinis nunc questiones finitas, nunc cause dicuntur. Sic an discenda literæ græcae, an sit ducenda uxor, Thesis est. Sed an sint discendas, medicinae theologie' ue destinato, an seni, an Catoni, an sit ducenda uxor sacerdoti, ὑπόθεσις est. Persona enim adiecta sententiam alioqui uagam ad certum ordinem astringit. Tamen si ergo hoc generale uideri potest, latius enim patet consideratio, quod si proponas sic, An sit ducenda Cleopatra.

Cleopatra, Antonio. Ciceroni, Terentia. Seni, puella. Nobili, obscuro loco nata. Formosa ualestudinario, certis ad singula personis adhibitis. Porro ratio generis huius haec est. Primum ingressus aliquis ad argumentationem uice exordij erit. Deinde excutiendi loca sua- foriarum honesti, utilis, facialis, & necessarij, & si quid probabiliter cōtradicā posse uideat hoc suo loco refutā dum est. Postremo breui epilogo uelut perorandum.

¶ Quod ducenda sit uxor, Thesis.

**S**i quid est in rebus humanis in quo plura bona q̄  
in re uxoria tum ratio indicaret, tum usus compc  
riri, ceteris omisiis hoc unum amplectendum  
omnibus putarem. Sed quando in tanta commodorum  
uite uarietate post longam eamq; diligentem inuesti-  
gationem, nihil quod uite mortalium tam sit expeten-  
dū, quā uiri ac mulieres casta ac moderata coniunctio  
reperiri potest, ad hoc uite institutum omnibus, qui  
beate uiuere uolunt, summa ope eritendum existima-  
rim. Nam siue dignitatem rei quis spectet, siue utilita-  
tem, siue facilitatem, siue deniq; necessitatem, quibus re-  
bus ut aliquid facere sustineant, adducuntur homines,  
nihil certe quod cū fidel i matrimonio comparari pos-  
sit, inuenietur. Quod ne mirum cuiq; uidetur, paucis  
ostendam. Quid enim per deum immortalem dignita-  
te anteiret illud quod neq; ciuitatum legibus, pro tem-  
pori ferri solitus in uitam humanam est introductum,  
neq; uentiū consuetudine paulatim irrepuit, neq; prin-  
cipium edictis est imperatum. Sed ipsa dei uoce statu-  
tum, sanatum, generiq; mortalium commendatum est?

Propō per  
partitionem.

Dignitas ma-  
trimonij.

## P R A E C E P T I O N E S

Vt ad hoc uitæ genus homines quodam numinis diuini afflaturi rapi videantur. Quod si pleræq; leges hoc nomine sacrosanctæ habentur, quod uel à Minoë Cretense, uel Licurgo Lacedæmonio, uel Solone Athenicenſe, quos inter legum nobiles conditores comprimis laudauit antiquitas, perlatæ ſint, quanto reuerentius accipienda nobis, ipsaq; uita exprimenda, que nobis tradita ſunt diuinitus? Hominum leges, ut circumſpectiſſime ferātur, tamen ferè admixtum habent erroris aliquid, cuius gratia cōmode interpretari oporteat, que alioqui ad uerbū ſcrudi contra rēpu. eſſet. At in dei leges nulla erroris ſuſpicio cadit. Homo enim labi, errare, fali potest, deus non potest. Nulla autem ciuitas tam incivilis fuit, nulla gens tā ab omni humanitatis culture remota, nec tam Barbarus tyrannus extitit quisquā, qui non ipſa natura duce eo peruererit, ut non ferarū immanium uagū concubitū auersandū duxerit, & certas matrimonij leges ſequendas ſt atucrit. Quod ſi que cū natura conſentiant ac conſpirant, ea in primis laudabiliſſima haberi ſolent, quæ ſo te quid tam naturæ eſt conſentaneum quā maris & foemine coniunctio procreandi cauſa ſucepta? An nō hoc nobis ante oculos pinxit i- pſa natura, & editis tot auīū, quadrupedū, pīciū generibus quorū nihil eſt quod non ad hanc adiunctionē tacito quodā naturæ iſtinctu feratur? Quin ut queq; anima lia mitiſſima ſunt, & proprius ad humana mansuetudinē accedunt, ita leges etiā coniugij ſentiunt. Nū columbarū paria fidem coniugij ſcruant? num foetus educandi par utriq; ſolicitude? nō mutua ſegnitia & castigatio?

non

Cōmendatō  
legis ab  
authore.

Natura.

non si altera perierit , alteri luctuosum desiderium re linquitur ? Cui nō tot naturæ documenta matrimonij re ligionē persuaderent ? Eat nūc qui uolet & Gigantum more cū natura bellū gerat , nobis sanctum , nobis honestum , nobis optabile sit matrimonii , quod diuinitus tradidit tot naturæ documentis deinceps est commenda - Summa.

tū . At cœlibatus item à dico cōmeniatur , ac tot sanctissimorū hominum exemplis confirmatur . Quid tū ample - Refutatio.  
 Et tantur hunc qui possunt , quibus à parentibus ac maioribus suis degenerare , quibus genus humanū , quātū in ipsis est , extingueret , quibus per omnē usq; uitā destitutis , tādem nullo posteritatis solatio emori libet , quos deniq; in terrena carnis onere adhuc grauatos diuini favoris aura in tantū subleuat , ut diuinarū rerū studijs occupati sue conditionis obliuisci possint . Sed hoc non temere multis aspirandum est , ne si altius quā pro uiribus subuolare cœperis , etiā ipsam humanā conditionē amittas . An nō deterret te Icarus qui est in poëtarū fabulis ? Is cū generis sui ordinē cōtemneret , & quod natura sibi negabat , alis facticijs sumptis in uolucrū gregem se attolleret , miser tandem in medium mare pro lapsus , & uitam amisit , & ne quis maiora sc̄ conjectur , sua calamitate docuit . Satis quidē dictum uideri possit in re manifestissima , sed quia sunt , qui cōiugum etiā si bono uiro dignū putat , tamē quia id parū utile eis uide tur , fugiendum censem . Quid ego andio , homies' ne sunt , qui quod honestū esse confitentur , hoc idem parū utile existimat ? Quod si hos audiemus , periculū erit , ne & virtutes , & artes bona oēs , à uite utilitate excludant .

## PRAECEPTIONES

Quare quid generi mortalium posset fangi perniciōsius? Age uero quid tandem inutile uidetur in coniugio? Num uxorem domi alere? Atqui quid utilius, q̄ habere semper domi non conductiaum famulitium, quod frē conductori est infidum ut cetera incommoda taceant: sed certo & nunq̄ rumpendo fœdere coniunctam, cum qua omnia habeas communia, cuius fidem suspectā habere non necesse habeas, quæ negotiorum domesticorū partem in se recipiat, quæ ut lētorum sic & tristiuū sit particeps, quæ recte te ualentem oblectet, quæ iratum mitiget, fessum recreet, desidentem exatet, & grum ministerij & mutue fidei sedulitate soletur, quæ deniq; cōmodis tuis & que ac tu gaudeat, incommodis non minorem sentiat dolorem? Obsecro, quid hic non summe utili-

Publicū ab ef le, quid non magno etiam emendum? Quām autem utili-  
fēctis est ad conseruationem ciuitatis, omnisq; humanae so-  
cietatis, procreare liberos, qui & pacis artib. se suosq;  
ornent, & si quando bellū ingruat, etatis robore rei q;  
militaris peritia instructi hostes propellant, paren-  
tes, & propinquos, amicos, patriam deniq; tueantur? Boni aut auis est sic consilia sua comparare, ut non sibi  
solum: sed parentibus, sed propinquis, sed amicis, sed  
patrie, uniuerso deniq; generi humano natus esse uide-  
atur. Quid aut, inquis, si non contingat talis uxor, qua-

Refutatio  
objectionis.  
lem tu eam supra informasti? Primum, ut bona & tuis  
moribus apta contingat, in te potissimum est situm. Nā  
delectuē opus. Neq; in quācūq; ināderis, aut forma ue-  
nustam aut diuitijs spectabilem, aut genere nobilē, aut  
compellando affabilem, aut amoris præcepti illecebris  
commen-

commendatam, ea domum ducenda est, sed inter mul-  
tas delectu habitu, una aliqua diligenda, cuius dicta p̄  
riter ac facta, quoad eius fieri potest, omnia explores,  
omnia obscrues. Quod si ea spem tibi bonam fecerint,  
tum primum procum eius agere, atq; omnes saltus, in  
quibus sera tibi destinata obseruatur, ambitionis tue plā-  
gis circumsepire, tempestuum erit. Hic utendum ambi-  
cis pariter & inimicis, uiris simul ac foeminis. Profue-  
rit, & ancillas, nutrices, seruosq; eius auro ad mores  
dominae prodendos corrumpere. Nam tenuium mores Simile mino  
ac uitam cognoscere nō ita magni fuerit negotij. Quid rum.  
autem stultius fuerit, q; in emendis equis ac iumentis in-  
spicere omnia, anxi inquirere annos, gradus omnes  
obseruare, dentes numerare, breuiter prius omnia so-  
liate perscrutari, q; liateris, & in puellā quā semel ac-  
ceptam, neq; reuendere, neq; gratis repudiare liceat,  
comparanda, tam non esse diligentem, ut satis sit mulie-  
ris faciem esse ei quæ tibi sit nuptura? Ut quibus matri-  
monium tanq; res parum utilis ac difficilis displicet, ij  
potius su. simi p̄orum temeritatem, quam rem longe o-  
mnium utilissimam expeditissimamq; accusent. Quid Faile in ma-  
trimonio uiue-  
xima hominum pars sine ulla querela tot iam seculis rc & iucun-  
titur? Neq; enim si tantam difficultatem secum adfer dum.  
ret uxor, multi adeo prioris matrimonij iugo exoluti,  
secundum se alligari paterentur. quid dico paterentur,  
cum bona pars eorum qui priori matrimonio sint de-  
functi, tantisper dum pristinæ uite statum recipiant, ui-  
uere se negant? Et sane uix uiuit, cuius uita in unū se sic Pugnantia.

## PRAECEPTIONES

est contracta, ut quæ admodum secum nata est, ita secum quoq; intereat, ac non etiam liberoru propagatione se dilatarit. Ergo si uiuere non solum utile, ueru etiā facile & iucundu est, matrimoniu quoq; sine quo uita non est uitalis (utar enim Ennij uerbo) sit utile, sit facile, sit Necesitas iucundum, sit modis omnibus expectandum. Atq; adeo matrimonij, mirari succurrit hic, deliberari adhuc, perinde ac si non in manifesto sit matrimoniu rem adeo etiā necessitatim esse, ut sine ea non gens illa, nō ciuitas, non uicus, non domus, non ulla societas, nō deniq; ipsum genus humani illa ratiō queat consistere. Finge oēs hoc anno esse quo sunt qui à matrimonio abhorrent, quæ so te nō intra paucos annos genus humanu omne funditus sine illa recrescēdi spe extirparet? Peccant sanè in ipsum genus humanu, qui à matrimonio re modis omnibus necessaria deterret. Pecco & ipse, qui in re manifestissima & quæ oēm deliberationē presidit, suiq; necessitatē secū adfert, tantum uerboru prodegerim. Nā si uxore ducere tantu honestu, tantu utile, iucundu, facile & non etiā necessariu eſet, excusationē inueniret longior oratio. Nunc cum hæc omnia simul urgeant atq; adeo cogant ad matrimonium, uerbum præterea nullu addā.

Vtile autem fuerit adolescentibus huius generis argumenta in utraq; partem tractare. Nam matrimonium disuadenti ingens orationis sylua ex omnibus ferè inuentionum locis suppeditatur. Sed nos, quo breuiores in præcipiendo eſemus, exemplum alterum posuisse satis eſe putabamus.

¶ De legum comprobatione refutationeq;.

Magnæ

**M**agna olim ex legū rogationibus existebant Exordiū. cōtētiones, dum ex primoribus aliis rogatio nem factam populo cōprobabat, aliis reprehendebat. Quorū newrū sine summa dicendi uī recte fieri pōt. Quæ causa fuit rhetoribus, ut hāc legū in utrāq; par- Causa. tē tractationē inter primas dicendi exercitationes po nerent. Reprehēdit aut̄ lex his ferē rationibus, si eius latorē probabiliter crimineris, si contrariū recte ha- Cōtrariū. beri ostendas, si efficias, ut quod lege ipsa statuitur, pu gnare uideatur, partim cum alijs legib⁹, partim cum æquitate, partim cū utilitate. Si cām ob quā ferri uidea tur parū ualcre, si deniq; omnino fieri nō posse, aut si posse, nō sine periculo difficultateq; hoc iētari. Eadē rō in cōtrariū mutata in legib⁹ cōprobādis est scrūda. Exempla utriusq; exercitationis subiecimus.

¶ Reprehensio legis Iulie iubentis adulterum  
in ipso scelere deprehensum statim occidi.

**B**oni uiri est prouidere, ne qua lex se uel ferē-  
re recepta, postea multis damnis datis, tamē sine gra-  
ui reip. motu, atq; adeo oīm ordinū perturbatiōe abro-  
gari nequeat. Qua prouidētia si unquā, hoc certe tēpo-  
re in primis opus est. Rogat enim ea lex, quæ quoniām  
inauditi supplicij terrore adulterij licentiā coērcet,  
primo quidē aspectu blāditur, uerū si in futurū prospici-  
amus, uix quicquā æque perniciosum ferri posse re-  
periemus. Quāq; aut̄ Iuliu C̄esarē, q̄ rogatiōis huius  
primus fuit author, uirū rei militaris peritia clarissi- Reprehen-  
sionis adcoq; felicissimū imperatore scimus oēs, tamen  
patrie

## PRAECEPTIONES

patriæ libertati quæ legibus uelut nervis suis consistit  
& conseruatur, nunq; fauisse constat. Quis enim liber-  
tati fauere credit cum, qui ad monarchiam suam ex-  
truendam stabilicndamq; arma cœperit aduersus pa-  
triam? Cui probabile est libertatis oppressorem ad le-  
ges ciuitati liberæ salutares ferendas accedere? Miror  
autem uchementer omnib. Cæsar is actis per eius cædē  
senatus authoritate factam rescissis, hanc tamen roga-  
tionem tantum pōderis apud quosdam adhuc habere,  
& cuius casu resp. erigere se cœpit, eius legem tanquā  
è repub. rogatam toties promulgari. Quis autem non  
mōstro simile putet, quem uiuū tot armis tantisq; opis  
imperare passi non sumus, in eius iam demortuile  
ges iurare? Quod si maiores nostri Tarquinium Colla-  
tinum, cuius opera auxilioq; Brutus patriam nostram  
liberauerat, exulare non ob aliam causam, quā q; no-  
mine, propinquitateq; Tarquinios reges attingeret,  
recte coēgere, quā stulte nos fecerimus si cæsi iam ty-  
ranni leges ultro etiam amplectamur? Quod si æqui-  
tate niteretur hæc rogatio, fortasse utile eſet Lacedæ-  
moniorum prudentiam imitari, qui cum & bonæ sen-  
tentie, sed à malo autore profecta & iacturā facere nol-  
lēt, & mali uiri titulu publica negotia cōtaminare reli-  
giosum ducerent, eādem sententiam totidem uerbis ab  
Contrariū. optimo quodā & laudatis. sene iterari iuſſerunt. Sed  
in hac rogatione tam non est habita æquitatis ratio, ut  
quod cum ea pugnat, cum omnib. legib. consentiat. An  
non & naturæ uis, & ius scriptū hactenus, & mores  
ciuitatū indicta causa dānare uetat quęquā? At qui roga-  
tio

tio hæc non solum indicta causa dannat, uerum ne die  
quidē dicta homines occidi postulat. Quod si leges pro-  
hibent præmijs donari etiam eos quorum uirtus cer-  
tissimis documentis apud iudices facit comprobata,  
quanto æquius est hanc religionem seruare in punien-  
dis sceleribus? Præsertim cum si alterum uitari neque-  
at, excusatus sit præmium in totum male collocare,  
quàm ad poenam tantillum addi? Nam quod adulter- Simile.  
ro impune esse nihil statuat, non possum non probare.  
Quod uero poena iudicium calculos non expectat, hoc  
sanè tam non possum laudare, quàm si, quæ lex iudicio  
rum corruptelas tollit, eadem & iudicia ipsa cuer-  
teret. Sed grande, inquit, scelus est adulterium. Quis  
negat? At non tantum ut non sint alia maiora. An non Refutatio.  
pariade peccant etiam gravius? Non proditores pa-  
triæ non sacrilegi? At quib[us] etiam si in scelere depre-  
hendantur, ante iudicium cognitionem ad poenam non  
rapiuntur. Et solos adulteros, quia impotentis cuiusdā Maiorum cō  
amoris errore labuntur potius quàm destinata mali- paratio.  
tia peccant, causam dicere non licebit? Qui patrem à  
quo creatus, altus, educatus institutusq[ue] est, occidit, cau-  
sæ dicendæ ius habebit, qui uero mulierculā amore ca-  
ptus ita contrectauit, ut aliquoties alieni thori ius non  
violarit, furentis mariti zelot ypiæ truadandus obijæ Cōsequētia.  
tur? Cur autem placet exemplum intromitti, cuius præ  
textu pleriq[ue] mariti in multorum innocentum perni-  
ciem magno recipi malo sint abusuri? An difficile erit,  
si cuius uitæ insidiemur, hunc arte aliqua domi nostræ  
aut alibi apud uxorē deprehensum adulterij pratex-  
tu ne-

## PRAECEPTIONES

tuncare? Quoties aut à matronis parum pudicis ad stuprū solicitatur uel arte aliqua iuuenum simplicitas? Quod si conditio ab ijs non accipiatur, clamore sublatto adulterij uim sibi afferri uociferantur. Hic ne iustū erit, fortissimos iuuenes, nempe cupiditatū sēuissimā rūuictores, sic deprehensos à supercruentē marito

**Exempla.** necari? Atqui talia plerūq; usu uenire, et Hebraorū historie in Iosepho Iacobi filio, et poētarū fabulae in Hippolito declarant. Ad quē furorē aut non compellit maritos zelotypia semper suspicioſa, semper anxia,

**Refutatio** semper in uitium credula? Sed interest reipub. pœnae ab argumē acerbitate hoīes ab adulterio deterrere. Recte, sed etiā to retorto. am atq; etiā uidendum, ne hoc totum sit à me. Nam qui mora data pœnā expectat, ei suppliciū duplicatur, diē et supplicij metu torquuntur, et maiorem etiā quā est

**Sentētia.** supplicij atrocitatē imaginatur. Et malum impendens aliquoties horrore suo grauius, quā pōderis ipsius senti premit. Quem uero casus aliquis ex improviso appreheserit, is ruinam uix sentit. Siquidem cruciatus sensum surripit celeritas, ut in morte, quam non praeuidet, aut omnino nullus, aut breuiſsimus sit sensus. Deinde qui clam necatur, cuius supplicium paucis innotescit, quod tales casus ferè tegi soleant à propinquis et amicis. At qui publice accusatus, pub. conuictus, publice etiā dānatus pœnas dederit, is et se dignū exitū inuenit,

et dū publicā infamiā subit, multis, ne simile quid audiēant, triste quidē sed utile est exemplū. Simul et ille lud cauebitur, ne si clam necaret, multis alia ex causa id factū calumniaturis suspicandi occasio relinquatur.

Quintus

Quin ergo si graue scelus est adulteriu, adulter accu-  
satur priusq*ū* iudicetur, iudicat potius quam sine iudi-  
cio damnetur, dannat magis quam indanatus occidatur?

Dilecta.

Sin leue, paru & equu est tata pene atrocitate in id aiaad  
uerti. Dixi pro rep. no que uolui oīa, sed que pro te=

Peroratiū=cula.

poris angustia potui. Vestrū erit qd factō opus sit sta-

**Cōprobatio legis** quis apud Heluetios (tuere.

**M**auet, ne quis in uitatione ad bibendū urgeat.

Exordiū.

Vita quidem praeclare in sua ditione institu-

uit fortissimi libertatis sue defensores Hel-  
uetij. Sed nihil praeclarus, nihil laudabilis, nihil recip.

utilius, quā quod ab illis nuper scitum est. Nācū per e-  
brietatē passim peccari uiderent, ut aditus ad id uitij

Causa.

oēs precluderent, in sua ditione statuerunt, ne cui de-

inceps alios uulgariū istarū uitationū pretextu ad

ebrietatē solicitare impune liceat. Quid aut per deū

immortale aut honestius aut praeclarus temperantia

atq*ū* oīs uit& moderatione? Immo quid sine hac uel in

civitatū curijs uel populi concionibus, uel principū au-

lis, recte aut consultur, aut consultū facto præstatur?

Sed hæc in peruersa illa bibēdi necessitate, que per in-

uitationes illas mutuas irrep̄it, uigere non potest. Citi-

Simile.

us enim ex pumice aquā hauseris, quam ebrio sobrium

aut dictū aut factū extorseris. Quod si sobrietas ac ui-

te moderationis sola est, que oīm uirtutū officia parit,

alit, conseruat, ac tuetur, rursum ebrietas oīm mentis

usum peruerit, oīm uit& humanæ dignitatē cōmacu-

lat, an no uotis omnibus expedita erat lex ea que & si

sterret ebrietatē, et potionis moderationē procuraret?

Quid

## PRAECEPTIONES

**Quid autem perinde utile, atque in reperire cauere, ne sit impune illud, cuius licentia omnia corrumpit, oiu perdit?**

**Effecta.** **Quid enim tam emollit immo frangit, et animos, et corpora uiuum, quam liberior commissatio compotatioque?** An non resp. Romana, quam diu frugalitatem seruauit, tandem aduersum omnes hostium insultus inexpugnabilis stetit?

**Exempla.** At posteaque luxu certari inuicem coepit, ita cecidit ut ne ruinæ quidem uestigia aliqua supersint. Non Hanibal tu primus uinci coepit a Romanis, cum exercitu suu Campano luxu solui eneruarique passus est? Vnde tot insani amores? tot stupras? tot adulteria? nisi ex ociosorum hominum temulentia? Verum enim est illud, sine Cere

**Prouerbii.** **Effecta.** cere et libero frigere uenerem. Vnde tot rixæ? tot uulnera? tot cædes? nisi ex temulætorum copotationibus?

Cui alij tot ac tantas rei familiaris dissipationes, tot patrimoniorum abliguritiones debemus, quam coniunctis in ebrietate solutis, atque horum parenti luxuriæ? Quæ res tam multos adolescentes aliqui felicissime natos ab artiū optimarum uirtutumque cultu abducit, quam studiū copotationū? Primus corporis otium, in quo ferè degut, qui literis adhibentur, mater est uariarum cupiditatū.

Quod si huic copotandi quoque licentiā addideris, que so te qui fieri potes, quin in animis parvū firmis proutuitum bonarumque artiū cultu, oīm libidinū seges sensim pullulecat? Quod si spes oīs in hac etate recte formada, uelut agricolis in herba, posita est, nihil poterat ea lege excogitari utilius, que quod unū omnē eam spem

**Refutatio.** semel præcidit, hoc tollit. Neque enim audio eos, qui in tanto errantium consensu nihil ualitaram legē iactat:

Nihil

Nihil enim uel rectius imperat, uel facilius recipitur, quam Aequitas quod tacitus naturae sensus non potest non probare. Quis naturae autem tam effratus, & ab omni humanitate remotus est, cui non rem recta via reputanti, supra quam natura postulet ad alienae stultitiae praescriptum bibere, & naturae ini- missimum, et foedissimum esse uideatur? Compotoris homi Repu- nis priuati, puerilis & stultus affectus, ut me ipse ebrietatis gnatiap probro afficiam, persuadebit, & patriae in cuius uerba iura comparati- tum est ab omnibus, equissima cunctisq; saluberrima lex, onem. ut sobrie agam, & me hominem esse meminerim, non impe- trabit? In gratiam nepotis alicuius immodica potio ita me prosternam, ut preter figuram, humani mihi reliquum sit nihil, & populi fortissimi laudatissimiq; cui parere summa est utilitas, legem omnium ornametorum uitæ parentem et altricem recuperare grauabor? Amplectanda ergo omnibus ea lex, qua nihil neq; honestius, neq; præclarius, neq; factio iucu- dius fortissimi populi magistratus ferre potuere.

**F**In Græcis inuenio & alia πόνυματα, nempe χριστια, sententias, comparationes, sed nobis uisum est parum utile nimis diu in his rudimentis detinere iuuentutem maiori declamationum operi destinatam.

Et Fabius, quem potissimum secuti su-  
mus, paratus etiam hæc attingit,

APHTHONII DECLAMATORIS PRAB  
EXERCITAMENTA, IOANNE MARIA CA-  
TANAEQ; INTERPRETE.

DEFINITIO FABVLÆ.



species. Abula à poëtis originē du-  
xit, qua etiā oratores utunī,  
ubi admonere intendunt. Est  
aut̄ fabula sermo falsus ueri-  
tate effingēs, uario modo ap-  
pellata. nā modoS ybaritica,  
modo Cypria dicta est, mu-  
tatis pro muentorū uarieta-  
te nōibus. oblinuit tamē, ut potius Aesopia dicereſ, eo q. Ae-  
sopus omniū optime fabulas cōſcripſerit. Fabularū quēdā  
ſunt rationales, quēdā morales, quēdā mixtæ. rationales,  
qbus fingimus hominē aliqd facere: morales, que irrationa-  
liū morē imitanſ. mixtæ, ex utrisq; rōnalibus & irrationa-  
libus. Si admonitionē, cuius cauſa fabula inuēta ē, prēpoſu-  
eris, antefabulā noīabis: uerē ſi post posueris, ad fabulationē  
appellabis. FABVL A FORMICARVM  
& Cicadarū iuniores ad labores adhortās.

**A** Eſtatis erat uigor, cum Cicadæ continuā cantilenā  
reſumebant, at formicæ laboribus intentæ erant,  
ut fructus colligerent, quibus hyeme uescerentur: ea igitur  
ſuperueniēt, formicæ laboribus suis uescerant. Sed inopia  
Adſa= Cicadarū oblectationē ſubſequeretur. Sic iuuenis labores  
bula= ſubterfugens, ſenectutem miferam ducit.

tio. DEFINITIO NARRATIONIS.  
NArratio ē expositio rei factæ, uel tāgfactæ. Differt aut̄  
narrat-

ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΠΡΟΓΥ  
ΜΝΑΣΜΑΤΑ.



Μύθος πριντῶν μὲν προΐα  
ειν, γιγάντες ἢ οὐδὲ ρυτόρων  
κονὸς εἰς παρασινέστεις. ἐστι  
δὲ μῦθος λόγος φυσμὸς εἰς  
κονίων ἀληθέφαντ. καὶ εἶται  
δὲ συστερπτικός, καὶ, οὐλίξ,  
καὶ κύπριος, πρὸς τὴν ἔνρεν  
τας μεταθέτει τὰς ὄντος αἰχ.  
νικά δὲ μᾶλλον ἀσώπεος  
λέγεται. τοιούτοις αἰσωποῖς ἀρισταῖς ποάτων συγβραφοῖς οἱ μύθοιοι.  
Ζεὺς δὲ μύθους, τὸ μέν εἰς λογικόν, τὸ δὲ ιδεικόν, τὸ δὲ μητρόν, τὸ δὲ λογικόν  
μὴν, εἰς τι τριῶν ὀκνηρωτέρης πέπλασται. οὐδεὶς δὲ τῶν ἀλέθεων  
τῆνος ἀστριμονύμηνον. μητρὸν δὲ, τὸ δὲ ἀμφοτέρου ἀλέθευτον καὶ  
λογικόν. τοιούτοις παρασινέστεις, μητρὸν δὲ τὸν μύθον τέτακται, προτάσσων  
τὸν, ὄντος αἴσθησις προμύθιον, ἐπιμύθιον ἢ τελευταῖον ἐπενεγκάντων.

ΜΥΘΟΣ τῶν μυρμήκων Καθετῶν τῶν τεττήγων,  
προτέπων ζεὺς νεούστεις πόνους.

Θέρους δὲν ὀκτακοινοί, οὐδὲ δέ μάλιστα τέττηγοις, μουσικὸν ὀντεβαύλλοντες  
πεντένοντας μύρμηκες ἢ τριεῖν ἐπέφητε, συναλέγεντες καρποὺς δέ τοι  
χειραλλοντας χειραλλοντας ταφίστεοις. χρυσῶν δὲ ἐπιγεγονότερος, μύρμηκος δὲν διόποντας τρίφοντες. Τοιούτοις τέτακται πρὸς  
τελευταῖον. οὗτοι νεότητες τριεῖν οὐκ ἔθελουσσα, παρότερος τὸ γέρας ησεν-  
πραγματοῦ.

ΟΡΟΣ ΔΙΗΓΗΜΑΤΟΣ.

Διήγημάς εἰναι, ἕκθετος πράξιμος γεγονότος. Διεγένοχε δὲ  
Διηγήστεις, ἀς τριπλεῖς τριπλιμος, τριπλοῖς μὲν γάρ πλοσαὶ ἐλιάστοις  
τριπλιμος

## ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ.

πρίμας μὲν τῶν ἀχιλλέως ὅπλων κατασκευή. Καὶ ἐμηγμός  
ζει, τὸ μὲν ἐστιν μηραματικόν. τὸ δὲ, ισορικόν. τὸ δὲ,  
μηραματικὸν μᾶλιν τὸ πεπλακοσμένον. ισορικὸν δὲ, τὸ παλαιόντεν εἴ-  
χον ἀφύγησιν. μηραματικόν δὲ, τὸ παρὰ ζεὺς ἀγάνακτον ῥίζοβις καὶ  
ιηρινταῖ. παρέπεται τοῦ μηραματικοῦ, τοῦ δὲ πρᾶξαν πρόσωπον.  
τὸ προεχθὲν πράγμα. χρόνος, οὐδὲ οὐρανός. τόπος, οὐ-  
πως. αἰτία, μὲν ἡ. ὀρετοῖς δὲ μηραματικός, τέλεαρβος. σαφή-  
νες, σιωπηλίς, πιθανότης, καὶ δὲ τῶν ὄνομάστων ἔλληνισμός.

## ΔΙΗΓΗΜΑ ΤΟ ΚΑΤΑ ΡΟΔΟΝ.

Οὐδὲν δέλλον θευματίων ζεῦκάλλους, τὸ τῆς ἀφροδίτης λογίζει  
αἰωνιγένην. Ἡραὶ μὲν τὸν βεός τὸ ἀστεριδός. ἀντίροις δὲ καὶ δέρης  
ἀντῆς. Καὶ ζεὺς τὸν πύρχεν ἀστένιδην, ὅπρις ἀφροδίτην δέρης οὐτούς  
χαστεν. βεός ἡραὶ βεός, καὶ βεός ἐδίκαιον (ἄνθρωπον). πόθος ὅμοιος, καὶ ν  
τογίνος, μηλαστεν. Καὶ λοτοτπῶν ἡδὸς δέρης, τὸ ἀλωνινὸν ἀνελέην οὐσού  
λεῖ, λύσιν ἔρωτος τὸ ἀστένιδος ἡγησάμενος θάνατον. καὶ πλέον  
μὲν δέρης τὸ ἀστένιδον. μακοῦσα τὸ τριπλεῖν δὲ βεός, ἀμύνην ἔπειτε  
ζεῦ, καὶ τοσθόλινον ἴμβαλοῦσα τῷ δέρμῳ, ταῖς ἀσκάνθοις προσέποιε  
στεν, καὶ τὸν μὲν ταρσὸν τὸ ποδὸς περιπέριτσι τὸ ταξιδεύσαν αἰ-  
ματος τὸ θεούμαστος, τὴν ζεύς δέρμον χροιάν, εἰς τὸ σικίονον δέριν μετέβι-  
κεν, καὶ δέλλον τὸ ἀρχὴν λειποῦν γέτοντας, εἰς δὲ νῦν δράστημετῆλβο.

## ΟΡΟΣ ΧΡΕΙΑΣ.

Χρειός ἐστιν ἀπομνημόνευμα σύντομο, εὗτοι δέχως ἐπὶ τι πρόσω  
πον ἀναφέρουσσε. χρειώδης δὲ οὖσα, προσαγορεύεται χρεία.  
τῆς δὲ χρείας, τὸ μέν ἐστι λογικόν. τὸ δὲ, προσειπτικόν. τὸ δὲ, μη-  
κέτου. καὶ λογικὸν μὲν, τὸ τοῦ λόγῳ μηλοῦν τὸν ὄφελον. διον, πλά-  
των τοὺς τῆς χρείας κλῶνες, οἱρῶτι ηὐθεία, πόνοις ἔλεγε φύειδαι.  
προειπτικὸν δὲ τὸ πρᾶξιν συματινόν. διον πυθαγόρας ἔρω-  
τιθεῖς πόσος ἀν τῶν ἀνθρώπων δὲ βίος, βραχύ τι  
φαντεῖ,

narratio ab expositior, sicut à poësi poëma. Poësis enim est Species. tota Ilias: poëma autē Achillis armorū descriptio. Narrationū aliæ sunt poëticæ quedā historicæ: aliæ ciuiles: poëti cæ sunt, quæ finguntur: historicæ, quæ ueterū gesta narrat: ciuiles, quibus in cōtrouersiis oratores utūtūr. Narrationi sex accidunt, persona agens, res gesta, quo tēpore gesta Persona. sit, locus in quo transacta, modus quomodo, causa propter Res. quā. Virtutes narrationis sunt quatuor, claritas, breuitas, persuasio, & uerborum Latinorum electio.

## NARRATIO SUPER ROSA.

**Q**ui rose decorē admiratur, hic Veneris uulnus cōsideret. Adonin dea deperibat, Mars ipsam, hocq; erat Adonidi dea, quod Veneri Mars: deus amabat deā, et dea sequebatur hominē. par erat ardor, et si genus indifferēs. Mars riuialis Adonim de medio tollere de Causa. creuit, ratus Adonidis morte, pariter amore Veneris int̄ Modus. riturū, quare Adonin uulnerat. qd' cū Venus rescis̄set, maturauit ut opē ferret, festinabūdaq; rose occurrēs, ī spinas Locus. incidit, et in plāta pedis trāsfixa fuit, itaq; sanguis ē uulnere defluēs, rose colorē in suū trāsmutauit. nā rosam pri Tempus. us candidā, in rubrum colorē, qui nunc cernitur, conuertit.

## DEFINITIO CHRIAE.

**C**hria est cōmemoratio breuis, aliquā personā apte referēs: ideo Chria appellata, quod utilis sit. Chria Species. rū aliquæ uerbales, quedā actiue, aliæ mixtæ. Verbales sunt, quæ utilitate oratione significat: ut Plato uirtutis ramos, ē sudoribus ac laboribus produci dicebat. Actiue sunt, quæ actionē declarat: ut Pythagoras interrogatus, quāta nam ē set hominū uita, cum perbreue tēporis spati-

um se conspicendū dediſet, latebras petiuit, mensurā uitæ ex momētaneo conſpectu deſignans. Mixtae uero ſunt, que ex utrisq; oratione & actione conſtant. ut Diogenes intuitus adolescentulū laſciuum, pædagogū percußit, ſuper ad dēs, cur talia inſtruīſ? Hec igit̄ Chriæ diuifio, quā capitibus hiscōficies, laudatiuo, ab expositione, cauſa, cōtrario, cōpa ratione, exemplo, teſtimonio antiquorū, epilogo bruci.

## CHRIA VERBALIS.

## EXPOSITIO CHRIAE.

- A laudati no. **I** Socrates doſtrine radice amarā eſe dicebat, fructus uero dulces. Merito Iſocrates ob diſtričti artē laudādus eſt, qua ſibi nomē clarissimū cōparauit. quātaq; eſſet, ipam exercēdo demōstrauit, eāq; illuſtrē fecit, nō ipſe ab illa illuſtratus eſt. Lōgū ergo eſſet diſerere, quecūq; reges cū ad monēdo, tū perſuadēdo ſigillatim mortalium uitā beneficio affecerit. Ceterū qualia de eruditione ucriſſime protulit?
- Ab expoſitione. Qui ſtudia amat à laboribus inchoat, laboribus tamē in utilitatē deſuētibus. Hec ſunt que philosophice ſcripta ex ſequentibus admirāda eſe cōprobabimus. Qui enim bonis artibus capiunt, hi ſanē cū professoribus doctrinaruſ cōuerſantur: ad quos accedere formidolosum, & eos deſcrere in doctiſſimū eſt. metus ſemper pueros tenet, ſiue preceptorē intucat, ſiue ad illū uēturi ſint. ſuccedūt preceptoribus pædagogi, uisu terribiles: ſed dum uerberibus ſeuūt, formidolofiores. qui etiam plusquam uerberent, timentur: timori puniſio ſuccedit, dum puerorum peccata caſtigat, & domeſtica uirtutis opera iudicat. pædagogis patres aſſeriorcs ſunt, filiorū uias indagādo, ad ſe propius accede re imperādo: in primis eoruſ in foro cōuerſationē ſuſpicantur.

## ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ.

Φανέτι, ἀπεκρύφαζε, μέλον τὸν βίου τὴν θεάν ποιῶμενθ. μηδὲν δὲ τὸ δέξιον φοτέρων, λόγου καὶ πράξεως. διον μισθέντις μετράκιον ἔωρανώστακεν, τὸν παιδεῖαγωγὸν ἐπωσέν, ἐπήποντί γέρατι τὰς τελευταῖς παιδείαντις. ἡ μὲν οὖν Διοκέτεις ἔχει τῆς χρέως. ἐργάσσοις μὲν ὁστιν, τοῖς μὲν τελευταῖς περιφεστιφέντοις. ἐγκαμπιστικῷ, παραφρεστικῷ, τοῖς τελευταῖς, ἐν τοῖς ἑναετίοις, παραβολῇ, παραδίεγμαστι, μερτορίᾳ παλαιῶν, ἐπιλήγῳ βραχίῳ.

## ΧΡΕΙΑ ΔΟΓΙΚΗ.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ τῆς παιδείας τὴν ἐίδεν πικρὰν  
ἔφι, γλυκεῖς δὲ τὸν καρπούς.

Θαυμάσσοις Δίκαιοιον ἴσθιαστιν τῆς τέχνης, διὸνεμαὶ ἀντεῖ  
κατεπάντια λαχμηπρότατον. καὶ, οὐν τις ἦν, ὁσκῶν ἐπειδέξαζε. καὶ  
μαρτύρει τὴν τέχνην, οὐν αὐτὸς ἐκ τούτης ικανότεσται. οὐσα μὲν  
τίνειν ἡ Βασιλεὺσι νομοθετῶν, ἢ παρεγνῶν τοῖς καθ' ἕκαστον, τὸν  
τῶν ἀνθρώπων τεκνίκην βίον, μακρὸν σὺν τῷ μικρελεῦν· ἀλλ'  
οὐσα περὶ τῆς παιδείας ἐφίστησιν. ΠΑΡΑΦΡΑ-  
ΣΤΙΚΟΝ. Ο παιδείας ἐρῶν, πόνων μὲν ἀρχεται, πό-  
νων δὲ ὅμις τελευτώντων εἰς ὄντοτιν. καὶ, ὃ μὲν ἐφίστησιν  
ταῦτα· τοῖς δὲ ἐφίστησιν βασιμασόμεθα. ΤΟΤΗΣΑΙΤΙΑΣ.  
Οἱκτης παιδείας ἐρῶντες, τοῖς τῆς παιδείας ὑγιεῖσι  
συνεισταζονται, παρ' οἷς καὶ τὸ προσελεῦν φοβερὸν, καὶ τὸ δια-  
λικτὸν ἀμαθίστατον. φόβος ἀντοῖς παισὶ περιγίνεται, καὶ  
παροῦσι καὶ μέλλουσι. Διδοσκούλους παιδεῖαγωγὸν μισθέ-  
χονται. φοβεροὶ μὲν οἱλεῖν, ἀποβρέμνοι δὲ φοβερώτεροι. φεά-  
νη ἢ πέφραν τὸ Μέσον, μισθέχει τὸ Μέσον ἡ κόλασις· καὶ τὰ μὲν  
διμαρτίματα τὸ παιδίων μετέρχονται. οὐδέποτε τὸ καθερβάματος  
μηνόσιν τὸ παιδεῖαγωγῶν δι παιζέρι τοῖς τελεπάτραις, τοῖς δὲ τοῖς  
ἐνοσκρινοῦσι, πρωτερήγονοις καὶ τοῖς γοργὸν ὑποπτεύοντας.

## ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ.

πάνταν μάκην κολαΐζειν, ἀγνοοῦσι τὸ φύσιν. ἀλλ' εἰς τούτοις ἐίσαι  
αὐτῷ ροτές ἐλθών, ὅρετῷ πρισίφει. ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΥ.  
Εἰδὲ τις ταῦτα φοβούμενος, φύγοι μάκην μίλασκάλους, ὅποιος  
μετράσθε σὺν τῷ πατέρος, τούτῳ παιδίσκωντος ὁ πόστροφέν, παντελῶς τῶν λόγων ἴστριτε, καὶ μητὸς τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ λόγου ὁ φύρωτος.  
ταῦτα δὲ πάντα τὸν Κύρον τοῦ προφήτην γνώμην, πικρὰν ὄνομά  
σαι τούτοις παιδίσκοις τὸ φύρωτον. ΠΑΡΑΒΟΛΗ. Ουαῖρος δὲ  
τὸ γῆρας ἀμένοι, πέντε μέντη γένεται τὰ πατέρων καταβάλλεται,  
εἰς τὸν καρπούς ἡλικούς συνιούμενον μέλιον, τὸ οὖν δὲ παιδίσκος  
ἀντηριούμενοι πάστοι, πόνῳ τοῦτον ἔπειτα μέλιχεν ἐπέφασιν. ΠΑ  
ΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ. Τὸν διημοδὸν ἑταῖρον μοι έλεον, πάντες  
μὲν δοντας φιλοπονώτρον ἔχοντας, γεγονότας ἐπαντελεῖτρον, καὶ  
τὸν Κύρον αὐτὸν αποδειπνεῖν, ὡς καὶ τὸ κομμάτιον παρακρέψας τούτο  
φελτίγη, κόστα) τὸ τέλος ἀρετῆς ἡγούμενος, καὶ πόνοις ἀνολωσεται  
τὸ πρὸς ἡλικούς ἀνταλίσκουσιν ἔτεροι. ΜΑΡτυρία ΠΑΛαιών.  
Διὸ θευμάσσει τὸ μέσορον χρή, τοσχέταιν εἰπόντος τούτος ἀρετῆς τὸ  
δέδον, τὸ δὲ κύρων ῥαδίαν, τὸ οὖν τὸν Κύρον τοῦ γνώμην φιλοσόφων  
τοιοῦτον δέδοντας ἀπόφνιται, τὸν Κύρον τοῦ γνώμην εἰκόνεσιν. εἰ δέ  
εκφόροις ὄνομασιν, μίσιοι ἀμφοτροποίησαντες διένοιαν. ΕΠΙ-  
ΛΟΓΟΣ. Πρὸς δὲ Δέδει βαλόποντας τὸν Κύρον θαυμάζειν  
καλλιτεχνοὶ τούτοις φιλοσόφοισιν.

## ΟΡΟΣ ΓΝΩΜΗΣ.

Γνώμη ἔτι λόγος ἐν ἀποφάνεσι κεφαλαίων, ἐπὶ τι προ-  
βλέπων, ἢ ἀποβλέπων. τούτος ἡ γνώμης, τὸ μέντον τοῦ προβλέποντος. τὸ δέ,  
ἀπροβλέποντος. τὸ δέ ἀποφαντικόν. καὶ τὸ μάκην ἀπλάνον. τὸ δέ, συντειχημέ-  
νον. καὶ τὸ πιθανόν. τὸ δέ, ἀλιθέον. τὸ δέ προβολικόν. καὶ προβλέποντος  
μάκην, ὡς τὸ χρήξειν παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντας ἐπέκπειν. ἀπο-  
βλέποντος δέ, ὡς τὸ οὐ χρήξαντα φιλεῖν τοῦ θεοῦ. ὁνδρος ὁ πο-  
ραντικόν δέ, ὡς τὸ θεῖον χρημάτην, καὶ τὸν δύνατον τοῦ γένετος  
τῶν σκη-

do: quod si opus fuerit in filios adaduertere, ita excādēscūt. A contraria ut se pārētes eſſe obliuiscant. Verū huiusmodi rebus puer rīo. cōſuēſcēs, poſtq; in virū euaserit, merita uirtute coronatur. Quod si aliquis hec ueritus, praeceptores fugiat, parentes deuītet, pēdagogos auertat, oīno dicēdi ſciētia priuabit, et metus eauia eloquētia carebit. Hec igitur omnia Isocrate. ſentire per ſuſcrūt eruditioñis radicē amarā eſſe. Nā quē A comp̄ admodū agricole ſummo cū labore terræ ſemina mādant, ratiōne. fructus uero maiore cum uoluptate colligūt: ita eruditioñē uēdīcātes, uigilijs ſibi apud poſteros gloriā cōpararūt. De Ab exēm moſthenis uitā inſtrice ſup omnū oratorū laboriosam, id p. o. circa ceteris gloriosiorē. adeo enim ſtudio intentus fuit, ut comā capit is ornāmētū ſepiuſ deponuerit, ratus id bellissimū decus, quod à uirtute proueniſet: igit̄ que alij uoluptatibus diſpēſant, ea ille laboriosis lucubrationib; impēdit. Itaq; nō mediocrē laudē Hesiodus meretur, ubi aſſerit uir A teſtō- tutis uitā aſperā eſſe, cacumē uero planū: nā idē quodſi ſocra nio an i- tes protulit. Hesiodus enim uitā, Isocrates autē radicē ap- quorunt. pellauit, diuersis uerbis candē uterq; ſententiā demōſtran- tes. Quē ſi recte cōſiderabimus. Isocrate merito laudabi Ab epilo- nus, ut qui ſapiēter de eruditioñe bellissima conſcripſerit. go.

## DEFINITIO SENTENTIAE.

**S**entētia eſt ſermo cōpēdiosus in enūciationib; que ſunt exhortatiue, aliæ dehortatiue, quedā enūciatiue, nō nullæ ſimplices, quedā cōiūctæ, aliquæ perſuasiue, aliæ ue- ræ, aliæ exceſſiue. Sentētia adhortatiua eſt, ut illud: Dede- cus eſt totā cōſultū ſtertere noctē. Enūciatiua, ut illud: O- pus eſt profecto pecunij, ſine quibus nihil oportuni ſcri- F 5 licet.

## 46. APHTHONII PRAEEXERCITA.

licet. Simplex, ut illud: Vna auis addicat, patriā seruare li-  
cabit. Cōiūcta, ut illud: Nō mihi sint plures domini, rex u-  
nicus esto. Persuasiva, ut illud: Talis est unusq; sq; quorū cō-  
suetudine oblectat. Vera, ut illud: Nulli licet inuenire uitā  
sine tristitia. Excessiva, ut illud: Dcbili⁹ nil terra facit mor-  
talibus ip̄sis. Hæc igitur sentētiæ diuīsio, quā ex capitib⁹  
Chriæ cōficies, laudatiuo, ab expositione, à causa, à cōtra-  
rio, cōparatiōe, exēplo, testimonio antiquorū, epilogo bre-  
ui. Differt aut̄ Chria à sentētia, quod Chria aliquādo acti-  
ua est, sentētia in oratione semper cōsistit: at Chria perso-  
nam requirit, sententia uero sine persona pronunciatur.

## SENTENTIA EXHORTATIVA.

**T**Heognis poëta dixit: Paupiē q̄ Cyrne fugit, se p̄r-  
stat ab altis. In mare uerticibus mittere cetifera.

A lauda= Prouidit Theognis, ne iure poësim accusaremus, fabularū  
tino.

loc⁹ præcepta sapientiæ cōplexus. nā cū poëtas fabulas plu-  
rimi facere uideret, eas omitendo, bene uiuendi præcepta  
metro cōposuit, simulq; metrone gratia seruata, præcepto  
rū utilitate introduxit. Pluribus ergo Theognin cōmēda-  
re, præsertim in ijs, quæ uerissime de paupertate cōscri-  
re.

Ab expo- psit, possemus. Quidnā igit̄ dixit? Qui uitā in miseria du-  
sitione. cit, mori potius amet. multo enim melius à uita discedere,  
q̄ solē sui dedecoris testē habere. Hæc sunt quæ ex philoso-  
phorū dogmate protulit: licet aut̄ cōsiderare qua ratione

A causa. motus elegāter ipsa tractauerit. Nā qui in paupertate ui-  
uit, à teneris annis ad uirtutes non instituit: in robusta uero  
estate pessima queq; cōflectat. Si enim legationē gerit, patri  
am pecuniarū gratia prodet, ad argentū in cōcionibus po-  
rabit: & sortitus iudex, pro suffragijs dona suscipiet. At

qui

## ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ.

τῶν μόντων. καὶ ἀπλοῦν μὲν, ὡς τὸ, τοῖς οἰωνὸς ἀριστοῖς δημίνεται περὶ πάθης. σωματικούνδικα, ὡς τὸ, οὐκ ἀγαθὸν πολυτοιρούντων, τοῖς κοίρανθισταῖσιν. πιθανὸν δὲ, ὡς τὸ, ζειοῦντος τοῖς ἄκροις, οἷς πρᾶγματος ξυνών. ἀλιθέος δὲ, ὡς τὸ, οὐκ εἴσιν ξυρεῖν βίον ἀλιτουργούντοι. ὑπερβολικὸν δὲ, ὡς τὸ, οὐδὲν ἀκινθύντον γοῖς πέφεται οὐθρώποιο. οὐ μόνον διατίρεσις ἀντιτίθεται γυνάμιν. ἐργάσιον δὲ ἀντιτίθεται χρέος καὶ φαλακροῖς. ἔπιωματος δὲ, παραστατικοῦ, τοῖς τοιτίσι, τοῖς ἀνακτίου, παραβολῆς, παραδίτηματι, μαρτυρίας παλασιῶν, ἐπιλόγῳ βραχεῖ. Διενένοχε δὲ οὐ χρέος τῆς γυνάμιν, τοῖς τὸν μόνον χρέον ἔνασι ποτε καὶ πρακτικαῖς, τὸν δὲ γυνάμιν ἀεὶ λογικὸν. καὶ τοῖς χρέοις μὲνδις προσώπου, τὸν δὲ γυνάμιν, ἀπροσώπως ἐκφέρεται.

## ΓΝΩΜΗ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΗ.

ΧΡΗ ΠΛΕΙΝ ΦΙΛΟΥΟΝΤΑΣ, ή δε μιγακήτεα πόνου

Ριπτεῖν, ή πεζῶν κύρηκατ' ἥλιβοτων.

Κατηγορεῖται τὸν ποίησιν οὐκ ἀφῆνεν διεστήν, αὖτις μάθων ἀσκήσεος παρασίνεσιν. δρῶν τοῦ ποιητᾶς τὸ μυθολογεῖν περὶ πολλῶν ποιουμένους, τῷ μύθου αὐτῆς, ὑποβίναις, ὡς χρὴ γένεται τοῖς μάρτιοι σιωπήσειν. ἀμας τοῦ μέρου τὸν χάριν τηρῶν, καὶ τοῦ ὑποβίναις ἐπειρίων τὸ κέρδος. καὶ πολλῶν μόνον ἀντιτίθεσεν τὸν θέλονταν, μολισκεῖν δὲ ἐν περὶ τὸν πενίαν ἐφιλοσόφησεν ή τί φιλο-

ΠΑΡΑΦΡΑΣΤΙΚΟΝ. Ο πενία συζῶν, ἀγαπάτω ποιῶν, ὡς σημειούντος τοῦ βίου προσπελθεῖν, ή τὸν ἥλιον ἀγιχύντις καὶ σαθρός μαρτυρος. καὶ οὐ μόνον ἐφιλοσόφησεν ταῦτα. παρέστι δὲ ιπλεῖν ὡς καθελῶς. **ΤΟ ΤΗΣ ΑΙΤΙΑΣ Ο ΦΠΛΙΞ** συζῶν, πρῶτην μόνον ἐν πατέσιν ἀν ἀρετῶν οὐκ ἀσκεῖ. προτὶ δὲ εἰς ἀνθεράς πάντας πρέπει τὸ χαλιπώτατα. πρεσβεύσιν μόνον γὰρ τὸν πατέσιλα χρημάτων προΐστεσθαι. Λιμνογοῶν δὲ πρὸς ἀργύριον φιλέστατο. καὶ μικροῖς λαχῶν, πιεραδονίσει τοῖς φέροις. **ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΥ** οὐ μόνον

## ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ.

Ἐπειδὴς ἀπιλλασγμένοι Γειοῦσι· παιδίστε καὶ δυτίσι, ἀσκοῦσι τὰ κολλαῖσι, καὶ προϊόντες εἰς ἀνδρας, πάντα μάρτωι περιφοράς, χορηγούντες μὲν παρὰ τὰς ξορτὰς, καὶ δὲ ταῦς μάχαις εἰς φίροντες. **ΠΑΡΑΒΟΛΗ.** Οστερὸν δὲ οἱ δειπνοὶ κατελαμμένοι δειπνῷ τὸν δειπνὸν ἔχοσι τὸ ποιῆτην κώλυμα, τὸν οὐκέτι τὸν πονήσαντες συζῶντες, οἱ ἀποροῦσι τῆς παρέρημος ἐμποδίων ἀπειλάσσουσιν. **ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ.** Σιδόφην Ἰρον, οὗ ιθάκης μὲν εἴς τε ζήτησε, οὐδὲν δὲ τοῖς ὄλλοις πολίτοις οὐ μετελέσσονται αὐτὸν· ἀλλὰ ζεῦσιν ἀντὶ τῆς ἐνδέκατης προσονής, ὡς μεταβεῖν τῇ πεντάτῃν κλησιν. οὐρανὸς δὲ τὸν ἀρχὺν προκαλεῖσι, Ἰρος μετένομοιεσθε, οὐδὲ πρωγυμνίαν οὐδὲ μισσοντεῖν κομισάμενος. Καὶ τί δεῖ τὸν Ἰρον ἐπεῖν, ἀλλ᾽ οὐ μισσεῖν τὸν ιθάκην οραῖ· ἐπειδὴν τῆς οὖν ζεύς ἐπιβασίαν ἔχουσταις, τὸν πεντάκινον μετελέσμενον οἶνοι βασιλόμενοι, κακτῶν δραπενίδιων παρονόμενος, δύτῳ πεντάκαθε μέχρι ζεύς μοιεῖν εἰσι χαλεπή. **ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΠΑΛΑΙΩΝ.** Διὸ δὲ θαυμάσσοι τὸν ὑριπίδιον μεθεῖ, κακὸν μὴν ἔχειν ἐπόντας, τὸν δὲ ὡγκεστον ἀδιάνοιαν εἰναῖτε τὸν πεντάκινον μετελέσθαι. **ΕΠΙΛΟΓΟΣ.** Ως τε πῶς ξινιστερὸν δέξεται θαυμάσσει τὸν θεογόνιν, ζιαύτα περὶ τῆς πεντάκινος φιλοσοφίσαντας.

**ΟΡΟΣ ΑΝΑΣΚΕΥΗΣ.**

Ανασκευή εἰναι ἀναρτοποιητικόν προφύμενον τινὸς πράγματος. ἀνασκευαστὸν εἴ τοι μήτε λίσαν σοφῆν, μήτε ἀδιάνοιαν παντελῶς, ἀλλὰ σοσσεμέσιν ἔχειν τοξεῖν. Μετεῖδες ἀνασκευαστούσας, πρῶτη μὲν εἰποῦνται τῶν φισσάντων μιασθολόν· εἶτα ἐπιβίνοισι ή ζεῦ πράγματος ξινεσιν, καὶ φαλασίοις χρήσονται ζεύσι. πρῶτην μὲν ἀσαφῆ, καὶ ἀπιβάνω, πρὸς ζεύτων καὶ ἀδιάνοιαν, καὶ ἀνακολούθως, καὶ ἀπιρετεῖ. τελευταῖον ἐπεικεῖν τὸ ὁστούμφορον· τὸ δὲ προγύμνασμα ζεῦ πάσαν ἀντὶ πριέχει τὸ τίχνιον ιχύν.

ΑΝΑΣΚΕΥΗ, Οτι οὐκέπιστα τὰ κατά  
λαόφυν

## APHTHONII PRAEEXERCITA. 47

